

Esa. LIII, cap. 10.

ΟΠΛΟΘΗΚΗΣ ΧΡΙΣΤΕΠΩ-

ΝΤΜΩΝ ΒΞΗΓΗΣΙΣ

Seu

Capitis LIII. Esaiae

Explicatio,

Quam,

Deo Ter Opt. Max. annuente,

PRAESIDE

JOHANNE HULSEMANNO,

SS.Theol.Doct. Profess. Publ. & Alumnorum
Electorarium Ephoro,

*Publicæ disquisitioni Theologicæ
exponit*

M. JACOBUS WELLER Neukircho-Var.

Facult. Philos. Adjunctus & Elect. Saxon.

Alumnus.

*Habebitur in Auditorio Majori d. 21. August. An. 1634.
boris à 7. matutinis.*

EDITIO SECUNDA.

Coll. diss. A
182, 1

Aug. 182(1)

*WITTEBERGÆ
Sumptibus & Typis MICHAELIS Wends
ANNO M DC XLVI.*



*Reverenda Dignitate, Amplissima Autoritate,
Sapientia divina humanaq; Excellentissimis,
Eminentissimis, Splendidissimis*

DN. NICOLAO PETRÆO, SS. Theol. D.

& Prof. in Regia Academia Haffniensi
Celeberrimo,

DN. M. OLAO VVINDT, Pastor ad eadem

Spiritus S. Haffn. primario vigilantissimo,

DN. M. JACOBO MATTHIÆ,

Eloquentiæ,

DN. M. JOHANNI CHRISTO-

PHORO, Græcæ linguae

DN. M. PETRO VVINSTRUPIO,

Physicæ

DN. M. ANDREÆ HEGELUND, Illustris

Gymnasii Haffn.

DN. M. JOHANNI SVANINGIO, Regiæ

Scholæ Soronæ

DN. M. SEVERINO NICOLAI GLUND,

Pastori dignissimo

Professo-
ribus in in-
clyta Aca-
dem. Haffn.
Clarissimis.

Rectori-
bus meri-
tissimis.

VIRIS

De Christi Ecclesia & Republica literaria

optimè meritis,

Dominis, Patronis, Fautoribus, ac quondam

Academicis suis Nutritoribus,

Salutem & πᾶσαι πᾶσον εὐκληγίας ἔπιπον!



UOD, VIRI REVERENDA dignitate, Amplissima autoritate Excellentissimi, Clarissimi, Fautores ac Promotores colendi, summo in dicendo magistro Tullio pro-

Archia exordio fuit, id mihi ad Vos etiam usurandum esse confiteor. Si enim in me quid ingenii, quod sentio, quam sit exiguum, si qua Scholaistica exercitatio, in qua me haud adeò versatum esse non inficior, aut si hujusce rei ratio aliqua ab optimarum artium studiis & disciplina prosecta, earum rerum omnium Vos imprimis à me fructum jure vestro repetere debetis. Nam præteriorum temporum memoriam si mecum reputo & studiorum ineundi rationem si perpendo, video, me omnibus omnino rebus emunctum, peregrinum, ignotum, pannisq; vel maximè obsitum, nobilissimum hoc Wittebergense artium liberalium emporium, fuisse

DEDICATORIA.

fuisse ingressum, & quod ipse optare, sperare vero tunc temporis, siquidem.

ελπὶς δὲ τὸν αἰγαλὴν περιημένον ἄνδρα κομίζει

ut Eurip. testatur, haud poteram, in hoc nostro lyceo non tantum consedisse, sed & divina ope, Vestroque auxilio refectum, studiis hic operam dedisse non per unum sed aliquot annos. Fuere quidem plurima devoranda mala, (Quid enim,

κῆρα ἀκμηνὸν πόσος καὶ ἐδητός)

ut cum Poëtarum Coryphæoloquar, non agreditur?) quæ, ne quid infortuniarum deesset, sed ut omni ex parte, nisi eâ, quòd deterior, (ut ad illud Eurip. in Thes. apud Stob.

πίνητος αὐδεῖς γάδεν εὐτυχέστεροι

πὰν γάδει τὸ χεῖσθαι μεταβολὴν γένεσθαι

alludam) status timendus haud esset, infelix formem, febris quædam acutissima per integrum exceptit annum.. Verum tanta me tulisti ægrotantem benevolentia, tanta humanitatis Christianæ

EPIS T O L A

Christianæ modestia, ut non tantum omnes & singuli beneficiis in me conferendis ferè certaveritis sed & plures Vestrum quorum tunc contubernio imprimis utebar, mihi potius famulitiae exhibuerint, quàm ut me omnibus consumtum viribus eò adegerint. Dabitis Viri Reverendi, Excellentissimi, Clarissimi, quòd hæc Vobis in memoriam revocem & meam apud Vos conditionem rudi, ceu dicunt, Minerva depingam. Ita enim vel nuda miseriæ recitatione Vobis ingentes aguntur gratiæ, Deoque, qui & haustum frigidæ largissimo fænore se refusurum promisit, vel maximè commendamini quòd in supremè inopein & ab omni humano auxilio dejectum Vestrum collocaveritis beneficium; vel ego me ipsum adhortor, ut eò ardentiùs Deum nostrum pro Vobis Vestrâq; incolumitate ἀδιαλεπίως invocem; vel certè cuilibet satis cauſæ appareat, cur hanc disputationem Vobis inscripferim. Nihil quidem gratiæ hactenus respondi. Quid enim ab hoc homine, quod tantis Patronis dignum sit, proficiisci posset? Attamen

DEDICATORIA.

men ὄλως αἰκόλαυθον, ut Diogenis Laërtii filum & stylum sequar hæc dico, quotidiè Vos Deo commendando sedulò, hujusq; meæ erga Vos devotionis publicam tesseram hanc disputationem esse volo. Exiguum quidem id munus est, nec tantis nominibus, quibus inscribatur dignum, sed consolatur me id, quod non minus magnificentum sit magna & splendida elargiri, quam pauca & exigua serena fronte excipere. Suscipite igitur Viri Reverenda Dignitate, amplissima autoritate Excellentissimi, Clarissimi vel hunc aquæ, quem Vobis in grati animi documentum & debitæ observantiae monumentum animo devote do, dico, offero, ex limpidissimis Israëliticis fontibus depromptum haustum, & disputationem ad sacram scripturam tanquam ad stateram minime dolosam examinatam serena fronde, mihi que favere ulterius pergit. Sic enim vos Deus amabit egoque aliquando non tantum coram Sanctissimo angelorum & beatorum choro vestra in me indignum, Christi tamen membrum collata beneficia plenis decantabo buccis, sed & dies.

EPISTOLA DEDICATORIA.

& dies noctesque in id omnibus omnino nervis
enitar sedulò, ne beneficia vestra splendida ~~et ambo~~
~~Iesou Christu~~, ut ad illud summi Oratoris, è cuius Scho-
la tanquam ex equo Trojano innumeri exivè-
re principes, dicente Cicerone, respiciam, col-
locasse videamini, utut alias præter numerum
vix aliquid afferre queam.. Interim vos Deus,
qui non abs ratione ab ipso Ethnico priùs
Optimus quām Maximus dictus fuit, Eccle-
siæ pressæ & studiis diu sanos Salvos incolu-
mesq; per & propter Christum Jesum ~~metum regi~~
~~in~~ nostrum clementissimum servet ac conser-
vet, Dabam VVittebergæ d. 18. Augusti, Anno
~~Christi~~ 1634.

M. Jacobus VVeller Neukircho-Var.
Facult. Pbil. Adjunct. & Sereniss. Elect.

Saxon. Alum. Reß. & Autor.

Quem-

בִּיהוּת



Uemadmodum *liberator* noster,
quem omnes agnoscunt pii ut optimæ
vitæ formam cœlo delapsam, probitatis
normam, virtutis *ideam* & *exemplar* in-
nocentia, integrum suæ vitæ cursum
duobus absolvit spatiis, Passione nec non gloriæ in-
gressione, *Luc.* 24. v. 26. & gentium Apostolus inusitatō
elocutionis genere tonans, Christum priùs humiliatum,
pōst exaltatum prædicat: seu quod eodem recidit, Chri-
stum fuisse hominem, ut tentaretur, λόγον ut glorificare-
tur, sicut antiquissimus Patrum *Irenaeus* loquitur: Ita &
Evangelii vocationisq; gentium prænunciator apertior, ut
Eisiam *Augustin.* lib. 9. Confess. cap. 5. nominat, 'integ-
rum Christi curriculum & caput religionis nostræ Chri-
stianæ duobus his hīc adeò clare & perspicue includit,
ut meritō fulgentissimæ illi orbis Christiani & ortho-
doxisstellæ *Hieronymo* in prologo ad *Paulam* & *Eustoch.*
non Propheta sed Evangelista dicatur, cui suum adjicit
calculum *Augustinus* lib. 18. de civitate *DEI* c. 29. & To-
mo 10. hom. 36. *Galatinus* lib. 8. de Cathol. verit. cap. 14.
ab init. col. 466. *Matthesius*, qui hoc ipsum caput optimum symbolum seu confessionem fidei *Esaie de Messia* & probè instructam ὀπλοθήκην contra universam eidolomaniam no-
minat, Beatusq; *Lutherus*, qui de verbo ad verbum hoc caput ediscendum suadet, quum vix alius locus in scripturā aper-
tior sit de Christi passione & resurrectione. Tom. 3. Jen.
Lat. fol. 407.

Proinde & nos hoc caput integrè resolvemus, ita
ut 1. ubiq; indicetur resolutio Logica, 2. Grammatica

A

cum

z
cum vero sensus inquisitione, 3. Aphorismi addantur,
4. Controversiae, quae ex hoc capite nobilissimæ contra
quosvis hæreticos dantur, paucis elucidentur.

DEUS qui jussit ex tenebris lucem prodire, & no-
stræ tenebras naturales in lucem convertat, ut illumina-
ti veritatem videamus, visam bene proponamus, & ma-
sculè defendamus propter meritum Domini nostri Iesu
Christi.

CAPITIS DIVISIO.

Dividitur vero hoc caput in Propositionem, &
Propositionis per partes Elaborationem.

CAPUT I.

De Propositione.

Propositio continetur v.13. c.52. ab hoc enim versu
prementes vestigia B. Lutheri Tom.3. Lat. Jen. Augustini
lib 18. de Civit. Dei, cap. 29. Justini contra Tryphonem
& Origenis lib.1. contra Celsum, initium facimus.

ANALYSIS LOGICO-RHETORICA.

Continetur hoc versu *Propositio* capit, quæ non est
simplex sed *Composita*. *Subjectum*, cui artificiosè ipsa Exi-
nanitionis definitio ὀνουατίων, involvitur per *Antono-*
miasiam est *Servas*, cui majorem attentionem conciliandi
ergo præmittitur per ὄνφωμην vox exhortandi *Ecce*.
Predicata sunt duū generum, quædam ad *statum* Exi-
nanitionis ישביל, ubi tacita inter servum hunc Dei fide-
lem, & Adamum, ut dicetur in Analysis Grammaticâ, op-
positio: quædam pertinent ad *statum* *Exaltationis*, qui
tribus per Epexegesin verbis describitur, quæ tamen unà
triplex Christi exaltatio indicatur, ut videbimus.

ANA-

ANALYSIS GRAMMATICA

& sensus literalis inquisitio.

הַלְּרוֹן. *Ece servus meus intelliget,* v. 13. c. 52.
 codem modo LXX: id ὁ μαῖς περὶ οὐνόσ τὸν εἶναι εἶναι est Spiritus
 S. asteriscus, qui rebus novis & summi momenti ad 1. intentionem excitandam *Esa. 7. 14. Zech. 9. 9.* 2. certitudinem
 confirmandam, *Gen. 29. 15. Cant. 1. 16* 2. *Règ. 7. 2. 3. promptitudinem indicandam* *Esa. 65. 1. Psal. 40. 8. Num. 14. 40. Genes. 27. 18.* vel 4. rei praesentis exhibitionem monstrandam
Joban. 1. 29. Gen. 50. 18. Job. 2. 6. Num. 23. 17. adhibetur,
 quæ omnia quam più & emphaticè huc accommodari
 poterunt! *עָבֵד serbus meus* LXX. ὁ μαῖς πuer
 meus, id est Christus, ut quæst. l. dicetur, Targum *serbus*
meus Messias. Est verò ab *עָבֵד coluit* quod in lingua Chaldaeo-Syra, fecit. Dicitur autem servus ob officium redemptorium *Matth. 20. 28. Esa. 42. 1. cap. 43. 24. Joban. 13. 4.* Inficias quidem ivere Patrum plurimi Græcorum Christum esse dicendum servum, quos non nemo nimium
 hic superstitiones pronunciat; Verum non simpliciter
 id Patres negasse, sed certo respectu, sentum videl. Ari-
 anorum & Nestorianorum attendendo, existimamus.
 Est enim hoc vocabulum ambiguum, quam ambiguam
 egregiè evolvit Lutherus in Epist. Dom. Palmarum,
 quem vide sis. Sic *Aitanas*. Tom. I. orat. 3. contra Ari-
 anos: *Appellationem servi subit non quod ipse sanè existat*
boc, sed quod propter suos servi formam accepit. Et *Synodus*
Francofurtana, in quâ Felicis error damnatus fuit, Cen-
 tur. 8. Magdeburg. cap. 5. & 9. laudat dictum Augustini:
Dominus noster etiam in forma servi Dominus fuit. Vide &
Isidorum lib. I. de summo bono cap. 16. & *Damascenum*

i. statim laudando t. 261. & non poteris non mirari Ostrodi Photiniani in institut improbitatem, qui eò dementiæ prolabitur, ut nomen δῆλος *Pbil.* 2. de Christo usurpatum, contra generalem hujus vocis significationē, *Mattb.* 20. 27. 2. *Cor. ii. 5. 12. ii.* & definitionem mancipii, significare, putet mancipium einen leibeigenen Knecht oder Sclave. Nullo etiam modo ferendus est *Daneus*, Christum conservum nostrum dicens nec *discipulus* ille, qui refutationem throni regalis Schröderi adornavit, Christum & in statu Exaltationis *Servum* nuncupans, quum servilem hanc formam, ut Paulus nominat, deposuerit, & servi vox non sit Φύσις sed τὸν φύσιν. Sic enim Damasc. lib. 3. de Orthod. F. cap. 21. fol. 260. τὸ γὰρ δηλεῖας καὶ τῆς δεωδείας ὄντας ἡ Φύσις εἰς γνωρίσματα ἀλλὰ τὸν φύσιν τὸν πατέρην τὸν τῆς πνευματικόν, παῦσε γε τὸν φύσιας ἀλλὰ χέσεως εἰς δηλωπικά.

וִישְׁכֵיל LXX. συνήσει. Hieronymus intelligit, Targ. יַשְׁלָח prosperabitur. Calvinus cum Marlor. de prospero successu, Cornel. Sanchez de obedientia exponunt. Verum nos sapientiam *Esa. ii. 1.* cum prudentiâ & prospero successu hic conjungimus. השכִיל enim gnavem & accuratam industriam, animumq; intentum & prudens studium subinfert, unde felix sequatur effectus *Jer. 23. 5.* *Jos. i. 7. 8.* *1. Sam. 18. 30.* *2. Reg. 18. 7.* vide & v. 8. subseq. hoc ipsum quod diximus, declarantem, & R. Dav. in lib. radic. nec non in hunc locum, hanc vocem explicantem פֶּרֶץ. Tacitaverò est oppositio inter Christum & Adamum. qui putabat fructum arboris vetitæ conducere ad prudenter agere: verum pessimè deceptus non השכִיל sed השכִיל hoc est, non prudenter sed stulte egit, *Genes. 3. 6.* Ille verò prudentissimè egit, cœlo si-qui-

quidem delapsus, humanam induit naturam & corporatus ac c^rne tecus infinitis sese laboribus & cruciatibus, ærumnis, morti deniq^z; deterrimæ atque acerbissimæ exposuit, quo sudore ac sanguine suo ab animis nostris duriussum jugum æternæ depelleret servitutis, in quam nos Adam detruserat, *Philip. 2, 5. Marc. 7. 37.* Notat autor Lexici Complutensis שֶׁבַל significare & supponere in modum crucis (expende *Gen. 48, 14.* & confer ea, quæ *Istdorus* in commētario in *Genesin de cancellatis*, ut loquitur, manibus, crucis mysterium præfigurantibus Christianis, Judæis v. scandalum, proferi) & משכָל (quod *Psal. 32 1.* occurrit) Chald. & Indorum lingua sonare crucem, sicq^z; Paulum i. *Cor. 1.* ad hoc allufisse. Literis enim paulisper *Sensus Paracommutatis & stultitiam & crucem scandalum & sapientiam phrasticus.* significare potest. *Sensus ergo est: Ita quidem est ò Israel, difficile videtur te liberatum iri ex manu inimicorum: attamen ecce magnum & certum est mysterium promptus & jam præsens est* (vide יהנָה iustus servus meus, qui non ut Adam stulte ageret, teq^z è Paradiso exturbabit, sed sapienter & prudenter, quicquid ageret, aggredietur, teq^z denuò pristina tua libertati & patria restituet.

ירום וְגַבֵּה מִאָר Hieron. Exaltabitur, elevabitur & sublimis erit valde. LXX. υψωθήσεται καὶ δοξαθήσεται καὶ μετωρθήσεται σόδερ, exaltabitur, gloriabitur, & in sublime tolletur valde. Targh. יְרוּם וַיְסִגֵּי וְתַקּוֹפֵל חַרְאָ exaltabitur & elevabitur & confortabitur nimis. Est Epexegetis qua summa Christi dignitas & exaltatio indicatur. Repleta enim Rabb. כָּפֵל הָעֵנִין בְּמָלוֹת שְׁנוֹת לְחֻזָּק הָעֵנִין repetitionem rei diversis vocibus facere ad corroborandam significationem. Exod. 15, 26. Jerem. 13, 17. Jerem. 48, 29. Esa. 32, 13. Rom. 6, 6. Explicant vero hæc nonnulli de

Christi crucifixione: verum ponemus, Exaltari & ipsum
 glorificari in hoc aliquando significatu inveniri (Chrysost.
 επωνυμα αγιον δοξην, επει ινστρονται εδοξαθη, δοξα
 καλων τον ευαγγελιον. Eulog aduersus Novatianos. οιως μεν γενεπιον
 εδοξαθη δια τη συνεχεια ινστρον, τελεον, ην το βαπτισμα. Sic fra-
 ter ille apud Geronidem, quem è septem supplicio sustulit
 Antiochus, se עדר הכבור הזה ad banc usq; gloriam dedu-
 cium esse dicebat) attamen meritò Patrum & nostra-
 tium standum explicatione, quia non tantum postre-
 mun de Christi exinanitione ullibi dici, haud memini-
 mus, sed & testimonium 1. antiquitatis Judaicæ, 2. ver-
 borum emphases, 3. locus parallelus cum commodissima
 B. Lutheri, applicatione pro nobis faciunt. Laudat
 enim Galatinus ex Thalmud in lib. Sanhedrin. cap.
 ורום מאכברתם ונשא מפשחה וגבהה exaltabitur plusquam Abrabamus,
 elevabitur plusquam Moses & sublimabitur valde plusquam an-
 geli ministerii, vide lib. 8. de arcan. Cathol. verit. c. 14. & con-
 fer lib. 3. cap. 28. lib. 5. cap. 4. II. est ex רם quod est è
 loco vel conditione inferiori transferri in sublimio-
 rem. נשא dicente Tarnov. hic, est ita extolli, ut fias
 נשי נ王子 princeps, & hanc significationem probo ex Estb. 3.
 I. collato cum cap. 5, II. adi & Estb. 9, 3. גבהה est, scipsum
 exaltavit vel exaltatus est in sublimitatem. מאור explicat
 Kimchi per sem רבי, & adverbialiter sumtum est
 valde, vehementer, alias & nomen est, 2. Reg. 23, 25. Deut.
 6, 5. Sicq; 3. Paulus optimè consentit, qui non tantum
 exinanitioni subdit immediate exaltationem Pbil 2, 8. 9.
 sed & נשי per dare nomen (considera hic illud: fecisti
 nomen juxta nomen magnorum, 2. Sam. 7, 9.) per υπερ
 גבהה per υπερψωσα expressè explicare videtur, expen-
 de lo.

de locum. Accedit commoda B. Lutheri ad triplicem Exaltationis gradum accommodatio. Prima exaltatio facta in unionis primo momento, ubi ex infimo humana natura loco in infinitam τέλος οὐσίαν assumpta, sicq; exaltata est. Altera facta, est post resurrectionem & ascensionem, quā quoad plenariam usum נֶשֶׁר princeps & Dominus omnium constitutus est, *Luc. 24, 26. Ephes. 1. 20. 21. Phil. 2, 9. Actor. 2, 32.* Tertia sit ab hominibus, quia omnes quos pietas tangit, in mutuam & summam Christi laudem ob beneficia sibi exhibita consipient, eumq; incessabili voce celebrant, *Apocal. 5, 9. cap. 7. 10, II. 17.*

Sensus: Nec verò est ut turberis, quando servum hunc meum morti ignominiose e pni videbis: binc enim ego eum eripiam, eruptum gloriè & honore coronabo, coronato nomen super omne nomen dabo, ut omnes fines terræ eum sint laudaturi, & donec erit Luna & Sol pro redemptione celebraturi. *Phil. 2, 9 Psal 75, 2.*

APHORISMI PRACTICI.

1. Vera sapientia est, mandatis Dei obsequi. Christus hinc sapiens dicitur. Si ergò & tu sapiens & prudens es in ve- lis, Christum sequere. Ille verè beatus est qui rectè credit, & rectè credendo benè vivit, & benè vivendo fidem rectam custodit. Frustra sibi de sola fide blanditur, qui bonis operibus non ornatur. Bernb. sermone 1. de modo benè vivendi ad sor. col. 1675. ἡ γὰρ μελέτη λόγων, αἱ διδασκίαι καὶ διδασκαλία ἐξων τὰ ἡμέτερα, Athenag. in apolog. pro Christian. tom. 8. bibl. S.S. P.P. col. 25. c. Si bac scitis, beati si feceritis, Johan. 13, 17. hæc enim sapientia erit vestra, Deut. 4, 6.

2. Christus servi formâ assumta felicissime opus redemptoris perfecit. Prudenter egit Codrus, qui mutato regio habitu

bitu hostibus se occidendum objecit. Zenod. & refert.
August. lib. 18. de C. D. Prudenter *Minyarum uxores* habitu cum viris suis permutato è manibus Lacedæmoniorū viros liberârunt. *Herod.* lib. 4. *Melpom.* *Valer.* Max. lib. 4. de Conjug amor. cap. 6. Prudenter egit *Servus Panopionis*, pro Domino se trucidandum exponens: *Valer.* Max. lib. 6. de fide *Serv.* cap. 8. sed sordet hæc prudentia ad *Christi collata*. Hi enim subditos & amicos, maritos & Dominos liberârunt, nec liberatione hâc in veram & æternam libertatem eos asseruerunt: Christus solus pro inimicis, Dominus pro servis, creator pro creaturis, immortalis pro mortalibus morivoluit. ut inimicum in patriam veram reduceret, servum honore afficeret, creaturam conservaret, mortales immortales faceret. Euge ergò anima pia & Christo tuo gratias age, &c.

3. *Exaltationem precedat oportet humilitas.* Docemut id Christi exemplo; docemur Josephi Gen. 40. Davidis & aliorum. Quare & te humili sub potenti manu Dei, ut te exaltet suo tempore. 1. Petr. 5, 6. Non evadis in terris Rex, eris tamen in cœlis Rex & Sacerdos, confer. 1. Petr. 2, 5. Et hac in terra Deus inopem quandoq; è stercore levat, ut sedere faciat cum principibus, P̄sal. 113, 7.

4. *Christi exaltatio sit nostra consolatio.* Recatè Maxim. in hom. 3 in Fct. Pasch. pag. 220, col. 1. *Ubi portio mea regnat, regnare me credo; ubi dominatur sanguis meus, dominari me confido, ubi glorificatur caro mea, me gloriosum esse cognosco.* Tentatte ergò Cacodæmon *ad intra* ob peccata: Ne diffide peccator, caro tua in Christo Jesu exaltata est, quis te ergò condemnet? Rom 8, 34. Intentat tibi idem temptationis tel: ab extra, mundum & impios excitando, variaq; pericula objiciendo. *Confido fili:* Christus exaltatus est, ut

PROPOSITIONE.

,

ut dominetur in medio inimicorum suorum; *Psal. 110, 2.*
 hic confringet hostes, *Psal. 29.* Tentat te ab *infra mortis & inferni terrorē*: *Ne diffide moribunde, ne trepida.*
 Christus exaltatus est, & mortem, & eum, qui habet mortis imperium, abolevit, *Hebr. 2, 14.* Summa/inquit B. Lutherus super *Psal. 110.* Also sol eines Christen Herz stehen/
 es komme Todt/ Teuffel/ Welt oder Hell/ so wil ich nicht
 verderben; Läß herflossen Schrecken vnd Stürmen/ wer
 flossen/schrecken vnd stürmen kan/ vnd werde so böß als es
 jimmer wolle/ dennoch wil ich dafür bleiben / durch diesen
 Herrn / der da lebet/ regiert vnd bleibt in Ewigkeit.

QUÆSTIONES.

I. An hoc caput de Christo agat? R.

1. Quod vulgo dicitur τὸ φεῦδος παλυχιδὲς, id & in
 hâc quæstione verissimum. Ut enim constans Christianorum & piorum est sententia, caput hoc de Christo nostro agere, quod, rumpantur ut ilia Codro, satis evidenter docemur, *Mattb. 8, 17. Marc. 15, 28. Luc. 22, 37. Actor. 8, 3. Rom. 20, 16. cap. 15, 21. 1 Petr. 2, 22. 1 Cor. 15, 3.* ita Judæi, quibus contrarium probatur, in diversas planè abcunt hîc sententias.

2. Quidam enim hoc caput de *Ezra* בחרות ראה בראש הכהנים משה; alii de *Serubabele*, nonnulli de *Josua* יושע (vide Forster. disput.) Recentiores vero qui emunctioris volunt esse natu de *populo Iudaico* interpretantur.

3. R. enim David Kimchi hanc huic capiti dedit rubricam, חפרשה זאת נאמרה על גלות ישראל, caput hoc dictum est de captivitate Israelitarum, qui paulò post subjecit se patris sui hîc vestigia legere & R. Schelomo verba prima versus sic circumscribit: חנה באחריות הימים צלח שbowi

B

עֲבָרִי יַעֲקֹב צְדִיקִים שֶׁבּוּ ecce in postremo dierum prospexitur servus meus Jacob, justi revertentur.

4. Verum enim verò contra mentem Spiritus Sancti hoc fieri probat *textus*, cui Chaldaica paraphrasis, nec non veteriores accedunt *Judai*.

5. Primum quod attinet, sic argumentor:

Quicunque gentium ob peccata nec vulneratur nec castigatur, nec ea portat, 2. pro gentibus non orat, 3. innocens non est, nec 4. mortuus resurgit, ut semen æternum habeat, is servus iste, de quo hoc loco sermo est haberi non potest.

Sed de Judæis hæc dici nequeunt: E.

6. Major ex capite hoc immediatè fluit, nec probatio nisi inspectione textus indiget. Minor itidem certa. Primum enim membrum non video, qui suum facere possint, nec 2. quum contra gentes oreant, regnumque Romanum מלכות אַרְחוֹם ; מלכות זָרוֹן מלכות הַרְשָׁעָה regnum nequam, regnum superbie, regnum Edom dominant & Birbas hamminim, sic dicitur ipsorum oratio quotidiana, instituta est, לְעַקֵּר מלכות הַרְשָׁעָה ad eradicandum regnum nequitie. Qui verò 3. innocentes esse possint, quum interrogati, qui in גָּלוּת hac extremà adeò diu residere cogantur, respondeant id בְּגָדוֹתם חַרְבִּים propter peccata sua varia fieri. Nec 4. memini Judæos haecenus semel internectioni datos reduxisse ab inferis Spiritum, corpusque postliminiò mortis animasse, ut cum Apul. loquar, manet ergò conclusio nostra.

הָא עֲבָרִי verò paraphrasis expressè ait בְּמַלְכּוֹת מֶשְׁיחָהוֹן סְתִיְחָא ecce servus meus Messias & u. 10 יְחִינֵנִי videbunt in regno Messiae sui, quod secundò fuit demonstrandum.

8. Anti-

8. Antiquiores Judæi non exiguo numero videri poterunt apud Galat lib. 8. de arcana catbol. verit. cap. 15. nobis hoc addidisse sufficiat, quod recentior Aben Esra & non exiguae apud ipsos autoritatis R. expressè hīc fateatur, plurimos de Christo hoc caput explicare, duos autoritate antiquorum זל' beatæ memoriaz. Sic ait: יבאים פירשׂוּהוּ עַל מֶשִׁיחַ בְּעֵבֶר שָׁאָמַרְוּ קְרָמֹנוּ זל' כי אָמַר שָׁאָרֶב בֵּית הַמִּקְדָּשׁ נוֹלֵד מֶשִׁיחַ וְגוֹ.

II. Annon hoc in capite typicè de Christo tantum agatur? R.

Socinus quum videat se contra integrum Apostolorum chorū nihil posse proferre, quod evincat, in hoc capite de Christo nostro non agi, eò tandem parte 2. de Scr. cap. 5. devenit, ut typicè hīc sermonem esse de Christo asserat, licet ob conscientiam reclamantem trepidanter. Sic enim ait: *Quamquam quod attinet ad ejus capitum Ejiae explanationes à Judæis allatas, quas ego nondum vel viā vel legi, vel examinavi, non dubito, quin Propheta non minus ibi, quam alibi, ut mos est ferè ceterorum Prophetarum sub aliquo typo eam de Christo Prophetiam exposuerit. De quo si nobis constaret, tunc procul dubio appareret, quam eorum verborum sententia, quatenus, inquam, de Christo intelligi debent, à communib[us] hodie interpretatione distet: Necesse est enim figuram figurato aliqua ratione respondere & verborum interpretationem, quae figuratè accommodatur per similitudinem quandam admittere posse.*

2. Vides Christiane, quam ob causam hæc à Socino sint prolata, nemp̄ sudes ei est in oculis hoc caput. Hinc quia Judæorum sententiam nimis vidit absurdam (quis enim Socino crederet, cuius Judæos, præsentes imprimis,

haud consuluisse?) aliâ rem aggrediendam viâ statuit, asseritq; sub typo hîc de Christo agi, unde quum *typus partem indicet, nec omnia, quæ typi Christi fecisse, narrantur, in typo ejus fecisse credenda sint*, ut bæc ex Hieron. comment. lib. 3, in Ose: cap. 11. hûc ascribam, amplam ad quosvis nostros iustus effugiendi & elabendi instar mali certatoris, qui de loco sibi primùm prospicit, fencistram quærit.

3. Sed ita contra eum venio:

In omni typo est res vel persona ab antitypo distingua, quæ vel per se, vel suis actionibus & qualitatibus antitypum repræsentat.

Hîc nulla poterit dari res vel persona, quæ Christum adumbret. Ergò.

4. Major certa est ex inductione omnium typorum. vide Flac. part. 2. Cla. Scripturæ cap. 25, 26. Glaß. Philol. sacr. lib. 2. part. 1. pag. 410. 411. 412. Et minor itidem constat, quâ ex remotione Judaicæ sententiæ, de quâ quæst. præcedente; quâ ex silentio Photinianorum, qui nullum haecenus typum excogitare potuere, & deniq;, quod caput rei est, ex clarâ Philippi assertione, qui interrogatus num Propheta de seipso, an alio quodam agat, nihil de typo meminit, sed de Christo sermonem esse simpliciter afferit, Act. 8. dum Christum ex hoc capite prædicat.

III. Secundum quam naturam Christus sit exinanitus? R.

1. Subscribimus hîc, ne de definitione solliciti multum simus, *Decisioni solidæ* 4. quæst. controv. pag. 74. 75. nec non ejusdem *Apologiae* Dnn. Theol. Saxon. sect. 3. cap. 12. de 4. cap. Ind. & contra adversarios hoc *ζῆμια* ponimus, ubi tamen duo observanda veniunt.

2. Quod

2. Quod I. terminum Exinanitionis hīc non sensu Patrum nonnullorum, qui divinæ miserationis ad carnis vilitatem inclinationem dixerē Exinanitionem, quo sensu benē Damasc. l.3. de O. F. cap. i. ἐυδοκία γδ τὸ θεός πατέρες ὁ μονογενὴς υἱὸς, κτλ. κλίνας δέρεντες καλέεχεται τοπίσι, τὸ αἰταπέντεν ἀντὶ ὑψος ἀπαπήνωτες ταπενώσας συγκατάβαντι ὁ Θεός οὐκ ἀκαθάληπτον (τύπο δηλοῖ η κατάβασις) οὐκ θεός οὐ τέλειο ἀνθρωπός τέλειο γίνεται. Vide hic *S* comment. ejus f. 166. similitudine hæc declarantem, sed sensu scripturæ accipiamus, quo ad λόγον ἔνσυρκον refertur, & est plenarii dominii communicatæq; potestatis liberrima abdicatio, quā filius Dei retraxit suam potestatem ab opere, ut humiliatus, cum Ambrosio super cap. 2. Phil. loquimur, otiosa virtute (Irenæus diceret quiescente) infirmari videretur seu pati & mori posset. Errant ergo gnaviter cum Sadeele, Martinio & aliis Calvinianis, Cornelius à Lapide in comment. Phil. 2. Salmero ibid. & alii, qui statum hunc per assumptionem humanæ describunt naturæ.

3. II. Quod libenter demus de toto Christo Exinanitionem prædicari: verūm cum Christus sit ἐν φρέσωπον ευπρέπειον δὲ καὶ θεός οὐκ ἀνθρωπότης, ut Athanas. dial. s. de S. Trinit. pag. 215. edit Commel. loquitur, seu καὶ ἀνθρωπότης οὐκ θεότης τέλειος οὐκ ἀνθρωπός τέλειος, Damasc. lib. 3. de O. F. cap. 3. pag. 172. quæstio manet, secundum quam naturam Exinanitio de Christo prædicetur.

4. Hīc vero nos constanter Christum secundum humanam esse exinanitum naturam asserimus. Calviniani vero in diversa scinduntur. Quidam enim Christum secundum utramque naturam: alii secundum divinam: nonnulli personam exinanitam dicunt, nec naturam

denominari volunt, Adi Sadeel de veritate humanæ naturæ, hinc inde. *Martinium contra Menz.* pag. 19. *Alsted. polem.* pag. 5. *controv.* 13. p. 562. *Beza* p. 1. *Respons.* ad colloq. *Mompel.* p. 96. & 97. *Sobnium* tom. I. Aug. *Confess.* p. 246. 255. 263. *Luc. Trebatum* in L.C. *institutio-*
ne p.m. 112. *Johan. Scharpianus* in *cursu theol.* tom. I. p.m.
 393. §. Status.

5. Verum quām absurdā & inter se pugnantia hæc fint, hac demonstrare vice haud possumus; nostram tantum thesin ex c. hoc nostro probabimus, probatam ab exceptionibus *Alstedii*, ut recentioris vindicabimus.
 Sic verò:

6. Secundum quam naturam Christus est servus, est passus, vulneratus, contemtus, sepultus &c. secundum eam est exinanitus. Sed secundum humanam, non vero divinam Christus est servus, est passus &c.

E. secundum humanam naturam est exinanitus. Major certa, sic enim nobis exinanitionem *Esaias* hic & *Paulus Phil.* 2. describunt, ut mortem tanquam principalem partem cum passione includant, quod nec *Keckermannum* lib. 3. system. *Theol.* cap. 3. §. 8. pag. 331. vel *Ursinum* in *Catech.* par. 2. quæst. 37. p.m. 243. & alios latuit, ad statum humiliationis passionem & mortem reponentes. Nec minorem inficias ire poterunt, nisi vel in *castra* *Theopaschitarum* abire, vel Christum secundum divinitatem, quod Eutychis paradoxum, *Concilium Chalcedonense*, meritò *perversam* & *iniquam malignitatem* indigitavit, Act. I. Tom. I. Concil. p. 172. mortuum esse asserere velint, non seeus ac ille Calvinianorum, (de quo B. Menz.) & *Sobnus* in *Exeg. Aug. Confess.* p. 262.

Chri.

Christum secundum utramque naturam surrexisse (ergo & secundum utramque cecidit. Siquidem ut ait Damascenus l. 4 O. F. c. 28. & concedit Bucanus in instit. L. 37. q. 1. ἀναστοῖς θεοῦ δούλειος τὸ πεπλωκότος σάσιος. Cyrilus l. 12. in Johan. cap. 17. quod cecidit, id surrexisse dicitur) impiè senserunt.

7. Alia argumenta, ex Dei naturâ, quæ αὐτεπίθετη καὶ παναπεγέθληται, deponit, nunc relinquimus. Excipit verò Alstedius l. d. p. 563. Competere hæc natura humana ratione passionis, divine ratione voluntaria dispensationis, uti exempla ad Hebreos videre liceat. Nam filius Dei obediuit patri assumendo carnem, servilem conditionem assumpsit non exercendo divinitatem, seipsum humiliavit quiescendo sub velo humanitatis, & mortuus est, non in seipso sed in assumptâ carne.

8. Verùm paucis lineis tot nobis falsa proferre potuit & contraria sibi invicem Alstedius. Primo enim scripturæ contrariam ponit definitionem, quæ non per assumptionem & passionis dispensationem, sed per κέρωσιν hoc nobis describit mysterium, hoc loco & Phil. 2. nec refert, id ad λόγον sed ad Christum Jesum Phil. 2. quod non est nomen ἀστέρων sed ἀνθρώπων, vide Damasc. lib 3 de O. E. c. 3. Cyril, tom. 2. de rectâ fide ad Reginas pag. 704. Ambros. super cap. 2. ad Phil. August. Tom. 6. contra serm. Arian. cap. 9. 2. Servilem formam Christum ut Deum assumpsisse, scripturæ phrasis non est. Hæc enim per servilem formam non humanam immediatè naturam, sed vilēm & humilem conditionem seu statum servilem intelligit. Argumentor:

Quam formam Christus depositit, illa non est humana natura.

Servi-

Servilem depositum formam E. unde Martin. (vide Anti-Martin. D. Menz. p. 32:) *Humanam, inquit naturam Christus non depositum, servi formam per exaltationem depositum.* 3. Suis sociennis graviorem parat hyemem. *Sed et* enim facile Calvinianorum hac in controversia Coryphaeus in Deo κληπτή & χρηστή nil differre (quod & Martinus repetit) ait, quo putat hanc nostram distinctionem qua in idiomatum Communicatione defendenda utimur, de ponte planè dejici: *Alsted.* verò contrarium hic afferit, *Dcum suam divinitatem non exeruisse: qui ergo cum patre usq; huc operatus est, Iohann. 5. 4.* Nestorianam divulsionem introducit, quando ait: *Filium Dei esse passum non in seipso, sed in carne assumta.* Quasi verò caro assumta non esset Filii Dei caro, in hypostasis τῆς λόγου assumta, sicque non ἄλλος οὐδὲ ἄλλο, sed ἄλλος ἄλλο in Christo. Cauda ergo Nestori, qui vel Alstedii vincis calculo, Judæos non Dcum sed hominem crucifixisse. 5. Scriptura καὶ τὸ πνεῦμα testatur Filium Dei seipsum tradidisse pro nobis Ephes. 5. 25. Tit. 2. 24. Gal 2. 20. apparuisset per immolationem sui ipsius, Hebr. 9. 26. Qui verò in seipso non patitur, is seipsum crucifigendum non expavit. Filius Dei in seipso non est passus. E. seipsum crucifigendum & immolandum haud exposuit. Quid verò erit pleno ore & diserto contra scripturam venire, si hoc non erit? 6. Quævis martyrum passio infiniti sic erit valoris. Ratio: quia infinitum passionis valorem à personæ præstantia metiuntur Calviniani Keckerman. lib. 3. system. Theol. cap. 4. pag. 345. Jam verò passiones martyrum per voluntariam dispensationem sunt ipsius Christi passiones, Act. 9. 2. E. 7. Christum hominem esse Filium discretis verbis afferit Petrus Matth. 16. 16. &

con-

concedunt *Calvinus & Martinius*, vide tom. 6. disp. Gies-
sens. disp. 17. Qui igitur idem Filius Dei non patiens à fi-
lio Dei paciente distinguetur, haud multiplicatis perlo-
nis & Nestorianismo plenis in pomæria Ecclesiæ intro-
ducto velis? Sed pergemus.

CAPUT II. De Christi Exinanitione.

Sic fuit *Propositio*, sequitur nunc *Propositionis Elabo-
ratio*. Ut verò *Propositio* fuit composita; sic & duplex
datur *Exegesis*. Prior agit de *Exinanitione*, posterior de
Exaltatione.

Exinanitionis datur *Definitio Realis*, quæ pòst nar-
ratione Generali & Speciali per partes fusè declaratur:
Nunc de *Definitione & Narratione generali*.

SECT. I.

De Definitione Exinanitionis Reali, & Narratione Generali.

Continentur hæc v. 14. 15. cap. 52. & v. 1. 2. 3. cap. 53.

ANALYSIS LOGICO-RHETORICA.

Exhibetur *definitio Realis* v. 14. *comparatione ad
plebeios declaratā*, cui per περιτάλην præmittitur
eventus respectu impiorum minus prosper, *Apostrophe
personarum adornatus*. *Sicut obstupuerunt super Te, &c.*
Verùm huic opponitur *effectus respectu piorum felicissi-
mus* v. 15. qui est *Conversio hominum*, & hujus indicatur
1. Causa efficiens, sanguinis Christi per verbum prædica-
tum *obligatio, eleganti Metaphorā à ritibus Vct. Test-*

C

in

in voce aspergendi vestita, 2. Objectum Synecdoche declaratum. Multi, id est omnes respectu acquisitionis, quod Occupatione illustratur, non tantum plebeios sed & potentes iri conversum, quorum obsequium Metonymia sanguini (claudentis) describitur. Hinc 3. denuò Causa Efficientis additur verbi prædicatio, quæ suà in Nov. Testam. claritate & suavitate in oppositione Vet. T. commendatur.

Narrationi generali iterum Propheta per οὐγαλάληψιν Summam apud Judæos despicientiam Christi præmitit, quæ nobis describitur à Formâ, quæ est, non credere Evangelio nec ad brachium divinum attendere, quæ ad vehementiorem animi affectum significandum, Interrogative vel Exclamative proferuntur. Narratio verò ipsa commodè Bernhardi potest includi aphorismo, qui ait: Pauper nascitur, pauperior vivit pauperrimus moritur. Pauper Christi nativitas Metaphora à virgulto & radice desumpta indicatur v. 2. Ad pauperem Christi vitam pertinent reliqua hoc versu contenta, quæ commodâ οὐγωστιλα, quâ se Judæi excusare sumtâ ratione ab externâ formâ, annituntur & per ἀνακοίνων egregiè expoliunt, perforuntur. Ad pauperem Christi mortem seu passionem protinet, v. 3.

ANALYSIS GRAMMATICA & veri sensus inquisitio.

D. 14. (כִּי-אָשֶׁר שְׂמֹמוֹ עַלֵּיכְךָ כְּבָים) Hieron. Sicut obstupuerunt super te multi. Secundum LXX. ὅν τε γέποντες κακόν ταιριάσθησαν τοις πάλαις. כִּי-אָשֶׁר quemadmodum. LXX. ὅν τε γέποντες Targh. קָמָא. Quando verò sequitur ז tunc frequentissimè significat quanto magis. Schindlerus in Lex. ז preceden-

וְכֹאשֶׁר כִּי אָבֵב significat eò magis. Sic Exodi 1,12. וְכֹאשֶׁר
 וְכֹאשֶׁר quātò magis affligebant eum: tantò magis crescebat. Qsc.
 47. בְּרַבִּים quantò magis multiplicati sunt et eò ma-
 gis peccârunt contra me. Vide Hos 11, 2. Esa 55 9. ubi ta-
 men Ellipsis prioris. Mallem igitur hoc loco, quantò
 magis vel plures, &c.

שְׂמֵם) Hieron. obstupuerunt. LXX. ἐντόσθια de quo
 Chemnitius part. 2. Exam. Trident. de Transubstant. fol.
 80. b. ἔξια δικούσια dicuntur que naturam suam non servant sed
 immutantur. corrupti intereunt, et in aliud degenerant,
 ita dicuntur οὐτε ἔξετηνώς vinum corruptum, hæc illi.
 Ceterum est hoc in loco Enallage temporum præteriti
 pro futuro Prophetis usitatissima, quod semel nota-
 mus, ne multis id repete cogamus. Sic Kimchi in O-
 bad. v. 2. נְבוֹאות עֲבָר בְּסָקוּם עַתִּיד רַבִּים & Rasche
 חַנְבּוֹאָה לְדָבָר עַלְהַ עַתִּיד כְּאֵל עַשְׂוֵי כֵן לְשָׁן
 καὶ πόδα expressit Ambros. de fide lib. 1. cap. 7. quando ait:
*Hæc consuetudo est prophetia, ut quæ futura sunt, vel quasi pra-
 sentia vel facta esse dicantur.* Justin. apol 2. pro Christianis,
 τὰ γὰρ πάντας ἐγνωσμένα φυησύμφατεολέγεντας οὐδὲ φύομφα.
 Adeas & Augustinum lib. 17. de C. D. cap. 18. שְׂמֵם vero
 quod attinet, notat Clar. Forst. in Lexic. quod propriè
 dicatur de personâ aut re, quæ propter reatum aut pœ-
 nam afflatu abominabili digna sit: alii quod notet stu-
 pendam desolationem sicque esse desolari, vastum esse
 Ezech. 35, 12. 23, 29. Esa. 49, 16. 33. 8. Thren. 1, 4.) ad ani-
 mum vero translatum, homines designet admirabun-
 dos, obstupescentesque ob inopinatum eventum seu
 devastationem alicujus Ezech. 27, 25. 26, 16. Jobi 17, 9.

עַלְיךָ) Super te. Referunt quidam hæc ne nimis du-
 ram, ut ajunt, Enallagen concedere cogantur, ad Eccle-

siam h. s. quemadmodum super te ô Israel in captivitate Baby-
lonicâ multi obſlupuerunt: ſic & ſeruo meo id uſui veniet. Vi-
de Marlorat. Calv. Musculum, Jacobum Tirin. Antverp. Je-
ſuitam, imprimis Dn. Tarn. Verūm non video cauſas,
quod minus Enallagen perſonarum ſeu A poſtrophēn pa-
tris ad Chriſtum ſtatuumus, quum imprimis ſcripturæ
iſta uſitatissima & receptiſſima ſit, Lev. 2, 8. Num. 24, 22. Jo-
bi 35, 28. Jerem. 30, 8. Mich. 7, 18. (ubi tertia perſona pro fe-
cunda) Psal. 22, 27. Jerem. 29, 19. (ubi ſecunda protertiā)
Eſa. 22, 19, 42, 24. &c. (ubi tertia pro primâ) & i pſi per amba-
ges hæc explicent. Vide ſis hîc omnino Flac. par. 2.
Clavis scripture tr. 4. fol. 308. non enim cjuſmodi Apo-
ſtrophe caret emphasi, & R. Kimchi in Ezech. 31. כִּי דָרְךָ מַתְקֵרָא לְדָבָר לְכָנָח וְשָׁלָא לְנָכָח כָּחֶר
loqui tanquam ad preſentem & tanquam ad abſentem eodem
ſenſu.

(ב) מְשֻחָת מְאִישׁ מַרְאָתוֹ Hieron. Sic inglorius inter
viros erit aſpectus ejus, non ex Hebræo ſed LXX. inter-
preatum versione, quæ habet γέτως λόπος τῶν αὐθεόπων τὸ ἔιδος
σὺ αἴδοξήσαι, ſic ingloria erit ab hominibus ſpecies tua. Targh.
refert hæc ad populum præterratiōnem. Hebr. eſt: cor-
ruptus erit p̄r viro aſpectus ejus. שֵׁם הַתְּאֵר מְשֻחָת verò ait
AbenEſr. Buxt corruptus p̄r viro, id eſt, non amplius virilem
aut humanam ſpeciem habens. Eſt periphrasis comparativi.
Ebrei n. Cōparativum deſcribunt per ſeu בְּ appositū
rei, cum qua fit comparatio, Rabb. habent particulam
וְיַתְּרָה. Proverb. 8, 11. 4, 9. Jud. 11, 25. Eſa. 54, 1. Hagg. 2.
10. Ezech. 28, 3. Amos 6, 2. Sic & Kimchi explicat,
שְׁוֹתְמַחֲכִי הֵי רֹאוִים שְׁהֵוֹת מְשֻחָת יְוָתָר מִכְלָל אִישׁ מַרְאָתוֹ
& admirabuntur, quia vidobunt, quod corruptus magis ſit p̄r
omni viro aſpectus ejus. Deducitur verò à שְׁחָתָה quod fun-
ditus

ditus corrumpi, depravari, Jer. 13, 7. Gen. 6, 12. & alibi significat. Forerus, Cornelius à Lap. legunt משחת pro משחת ut ajunt, hoc est, sicunctio aspectus ejus præ viris. Unctio, id est, gratia, venustas. Verum falsum præsupponunt & errant. Falsum est olim lectum esse. משחת excisus fuit, ac si nostro seculo puncta alia essent substra ta, sicq; scriptura corrupta: nostram enim lectionem Targb. Masora LXX. & ipsa Vulg. probant genuinam. מראה in genere omne id notat, quod sub oculos cadit iisque percipi potest.

תְּאָרוֹ מִבְנֵי אָדָם) & forma ejus inter filios homi num. Hieron LXX. ἡ δόξα σὺ δόπον ὑπὸν αὐθρώπων τὸ gloria tua a filiis hominum. תַּהֲרֵreddiderunt per δόξαν, Targh. זְיוֹחָן splendor illorum. Verum תַּהֲרֵ notat formam exteriorem, delineationem, Gen. 29, 17, 39, 6. 41, 18. 1. Sam. 28, 14. estq; ex תַּהֲרֵ quod est circumscripum, delineatum fuit, Jos 15, 9, Targh. hic וַיַּשְׁחַר & circumabit, id est, describetur more circini, qui circulum facit rotundum & describit signatque. בְּנֵי אָדָם notat plebeios, seu infimæ propriè sortis homines, quod ex oppositio ne, Psal. 49. 3. (גּם בְּנֵי אִישׁ) etiam filii hominum, etiam filii viri, id est, magnates & plebeii,) apparet luculenter, nec id hoc loco emphasi caret, ut in paraphasi percipiemus. Nominem enim אישׁ quod virum & plerunque strenuum, sicut paulò post dicemus, significat, ad summam Christi humilitatem designandam per correctionem quasi adduntur & plebeij. Chald. habet בְּנֵי אֶנְשָׂא quod ab אֶנְשׂ aggritudini, dolori subjeetus fuit (nisi significatione Arabicâ hic magis gaudias, quod ad illud Aristotclis, hominem esse ζῶον πολλὰ κόντες.

accedas,) & sic itidem miserum, infirmum, & fragilem notat. Orta verò hæc Christi deformitas partim ex animi angore, partim explagis, vulneribusq; corporis truculentis, de quibus & *Psal. 22.* Sic interpretantur *Lyra*, *Menz.* & alii. *Clemens* verò *Alexanar.* lib. 6. *Strom.* ad innatam Christi formam id refert, quod tamen verum haud videtur. vide *Niceph.* l. 1. c. 40.

*Sensus Para-
pbraisticus.*

Sensus ergò emphaticorum verborum est: *Verum
ō serve mi, elevaberis quidem, sed antequam id fiet, summè de-
primeris, ut super te plurimi obstupescant, Et te ut rem nauis
afflatu abominabili prosequantur, imò quanto plures super te
in animi quasi deliquiū Et vastationem ob subitanciam tui deva-
stationem incident; tanto magis tu deformaberis, quin ipsa de-
formatio eris, ut non solum nūl decoris in te sit apparitum,
sed ne quidem facies viro digna vel similis, quin Et infra infimos
infimae fortis homines habeberis.*

D. 15. (כִּי יְחִי גּוֹיִם רַבִּים) Hieron. iste asperget gentes mul-
tas, in Hebreo: sic vel tantà magis asperget gentes multas,
vide זָוח כִּי בְּרֵר (Chald. ex Hebr. *Dan. 4* II.
spargere LXX. θαυμάσσεις admirabuntur, quod in textu
(כְּעַנֵּין טְפֻטוֹף) non est) est ex יְחִי de quo Kimchi, quod
velut materia stillationis seu inundationis sit, & communi-
ter est, aspersit, imprimis v. de consperzione Leviticâ dici-
tur *Lev. 4.5.6.8.14.16.* Duplici verò modo hæc explicant. R.
Abraham in comment. sparget. i. e., effundet gentes multas
seu sanguinem gentium multarum. Et Rasbi עֲתָח גּוֹם הוּא
sic nunc ipse etiam קרנוֹת הַגּוֹי manus sua Et dejicit cornua gentium, quæ sententia à sco-
po aliena. Kimchi hispanicè explicat Faraparlar., faciet lo-
qui, q. d. fama sui nominis multas gentes asperget & no-
men suum longè latèq; propagabit. Vide hic Pang. Lex.

Quæ

Quæ sententia verior & ad Evangelii prædicationem sanguinem Christi offerentem, eoque corda hominum conspergentem applicari potest. Elegantissimè ut solet B. Luth. Der Prediger oder der Christen Zung ist der Sprengwedel / denselben tuncket er in des Hærrn Christi Rosinfarben Blut / vnd besprenget damit das Volk / das ist / Er predigt ihnen das Evangelium / das lautet also: Daz Christus Vergebung der Sünden erworben habe durch sein teuer Blut. גוי gentes absolutè possum dicitur de gentibus quæ non habebant eandem cum populo Israëlitico religionem & cultum, unde apparet, quod hæc ad prædicationem Evangelii, exaltationem Christi subsecutam sint referenda, usurpatur tamen נז & de Judæis Gen. 12, 2. Exod. 19, 6. Deut. 4, 6. Recentiores Judæi applicant hoc nomen ad solos Christianos, & vel unum præter omnem rationem גוי male applicato loco, Gen. 20, 4. nominant, quod nomen adeò non nobis adversatur, ut potius certi simus nos istas esse gentes, quæ Deum laudent Ps. 117. quod pluribus docet Paulus Rom. 15. quem vide.

(עליו יקפצו מלכים פיהם Hieron. Super ipsum constinebunt reges os suum. LXX. ἡγεμόνες τοῦ σώμα ἀντῶν οὐκ contrabent reges os suum: (συράγειν contrahere quod apertum est, sic indicatur, quod olim quidem contradixerint, nunc contradicendi libidinem mittant, oppositum hujus apud Arist. διαιρεθ. Vide Bud. com.) קפץ est סנו סתם, R. Dav. in lib. rad. obburare fortiter Psal. 77, 100. 17, 42. Hiob 5, 16. Chald. eleganter שתקו מלכין ישון וריהון על פומחן manus suas super os suum. Duo vero hac phrasim claudere os, indicantur: i. Pudor erga vitam anteaquam vel observan-

dia

tia erga præsentes, ut cum discipuli coram magistris, pueri coram parentibus &c: præ reverentia silent. 2. *Acquiescentia placita* in alicujus voluntate. Vide & confer *Jobi* 21, 5. 29, 39. 37. *Psal.* 39, 2. (adi hîc glos. margin. B. Lutheri) *Mich.* 3, 7. 7, 16. *Amos* 5, 13. 6, 10. notam *Drusii Sophonis*, 7. expende.

וְכִי אָשֵׁר לَا סְפַר רְאֹו Hieron. quia quibus non est narratum de eo viderunt. LXX. וְחַדְּשֵׁי אַתָּה de iis. Paulus Rom. 15, 21. וְחַדְּשֵׁי aius deco, sed sensu hæc omnia conveniunt. Hebraicè ut & Chaldaicè, quibus non est narratum, illis, Pleonasmus Hebraicus, de quo consule Buxtorf. lib. 2. thes. gramm. cap. 8. pag. 480. Emphaticè verò objec-
tum notatur q. d. Quia quibus, (illis ipsis, inquam, quibus) non narratum &c: Est verò סְפַר הַ multum em-
phaticum, significans accurate numerare, more eorum qui
numeros calculo etiam exactè subducto comptant. Unde il-
lud *Psal.* 56, 9. נָרוּ סְפָרָתָה fugam meam numerasti. R. Dav.
explicat, in librum וְ actata uare tulisti. vide *Jobi* 39, 2. *Psal.*
48, 13. *Esd.* 7, 11. Est igitur סְפַר in Pual. ordine, distinctè,
accuratè exponi, narrari. רְאֹו vidernnt, cum intentione
scil. sicut usurpatur, *Psal.* 41, 7. 2. *Sam.* 11, 2. *Psal.* 14, 2. In
Nov. Test. *Mateb.* 11, 7. 12, 11. &c: Translatum ad internum
seu intellectus oculum, approbationem, voluptatem,
fruitionem includit. *Psal.* 27, 13. *Videre bona in terrâ vi-*
uentium (רְאֹות) id est, frui, *Psal.* 35, 21. *Euge vidit* (רְאָתָה)
oculi nostri, id est, unusquisque oculorum juxta Hebr.
ubi voluptuosam fruitionem denotat, *Psal.* 34, 13. 128. 5.
Eccles. 9, 9. *Psal.* 91, 16. unde judica Nov. Testam. felici-
tatem.

וְאָשֵׁר לֹא שָׂמַעוּ הַתְּבִונָה Hieron. Et qui non audie-
runt, contemplati sunt. LXX. συνήσασθι intelligent. Chald.
אָסְתָּכְ.

אַסְתָּכְלֹן (quod est ex **שֶׁבֶל** intelligenter anima advertit consideratè advertit.) Est verò **הַחֲבוֹנִי** Præteritum Hithpael ex **בֵּין** intelligere, propriè *intrinsecus mente aliquid considerare* & *animum certâ dispositione distinctione* & *judicio prudenter intendere*. Differt **חַנְמָתָה** בִּינָה à sapientia, quod *bac res certò cognoscantur & agantur luce quadam mentis*: illâ verò res inter se similes aut dissimiles prudenter discernantur aut dijudicentur penitus consideratae. *Job. 37, 14. sta* & **הַחֲבוֹנִי** considera, diligenter expende, inter se confer &c. *Jerem. 9, 17. Job. 23, 15. Psal. 119, 100.* idem & LXX. σύνηπτος notat. Est enim hinc σύνεσις, perspicax animi facultas, quæ committere inter se res potest & discernere. Vide quæ habet Aristot. lib. 1. Etbic. circa finem, ubi tres virtutes ponit Αγρονυμίας, σοφίας, σύνεσις, & Φρέγησις & lib. 6. cap. 10. inter Φρέγησις & σύνεσις distinguit, illam diecens ὅμιλην πνήμαν; hanc autem solùm κέλευθον, quæ, qui explicet, vide l. d. Sicque omnino Christianorum in Nov. Test. est, *Spiritus probare*, i. *Job. 4. nec quovis doctrina vento circumferri*, Eph. 4. Adducit verò hunc versum Paulus *Rom. 15, 21.* & ad gentes accommodat, idem facit Cyprianus lib. 1. adversus Judæos fol. 396. Goulartii Silyanect. 1593.

Sensus ergò est hic ex emphasi verborum: *Quanto Parapbr.*
verò magis depritaeris, eò etiam magis sanguine tuo preciosissimo genies per prædicationem verbi aspergendo purgabis, sanctificabis & *quos æstus iræ divine fere internecioni dedit, blandissimo rore hoc refocillabis*, adeò quidem ut *reges & principes terra de vita anteacta pœnitentiam agentes summa reverentia tibi se subjicientes*, ne *biscere contra audeant*, si quidem tanta erit Nov. Testam. felicitas, tanra beatitudo, ut *verius cum hoc collatum Nox dici debeat*. *Quibus enim omnia fidei mysteria*

mysteria adeò clare, ordinè distinctè non fuere exposita, sed in volucris typorum obnubilata, iij oculis suis corpus ipsum videbunt, re ipsâ fruentur: qui verò de hoc nibil audire nec fando id percipere, iij prudenter attendent, rem bene intelligent, & Nov. Testamentum instar Berrboensium cum V. probè convergent.

¶. cap. 53. **לְשִׁמְעָתַנִּי מֵהָאָמִין** Hieron. *Quis credidit auditui nostro.* LXX. præponunt vocem uejus, κύριε τις οὐδένας τη̄ ἀνοῆ ἡμῶν Dominus in hebreo non habetur, sed pro intelligentiâ personæ ad quam dicitur additum est, ait Hieron. super h. l. Chald. benè **לְבִسְרַתְנָא** quis credidit annunciationi nostra, quod **בְּסֶרֶת** Chaldaeorum, Hebraicè est, **בְּשָׁר** & propriè de latto dicitur nuncio **Γαγγλίζουμα.** Esa 40, 9. Esa 52, 7. 61, 1, Esa 41, 27. 2. Sam. 18, 19. 25. Vide tamen quæ in contrarium notat Drusius in l. difficult. 1. Samuel. 3. p 444. **וְ** interrogativum personæ. Solent alias ejusmodi interrogations æquipollere universaliter negantibus; verùm hic Canon Ambrosii, quem habet lib. de poenit. cap. 8. valet: *Interrogationes quedam in sacris litteris quæ negationem inferre videntur, non sunt negatiæ intelligenda, sed subinferunt tantum difficultatem.* Cyrus lib. 8. in Johan. cap. 20. Particulam ait, quis Propheta non pro omnimoda negatione, sed pro raritate posuit; quia quod S. Propheta à Deo audièrè, & populo denunciaverunt, paucissimi crediderunt, Eadem habet Theoph. super cap. 10. Rom. Exempla afferunt, 1. Sam 2. 25. Psal. 15, 1. Psal. 24, 3. Condolentis ergò hæc interrogatio est, non omnimodè negantis, sicut Johannes cap. 12, 33. Paulus Rom. 10, 16. item Hieron. Augustin. Chrysost. & alij, exponunt. Judæi gentibus hæc tribuunt, verùm ex quæst. 1. superiori facile.

scilicet refutantur. **האמִן** significat dictis vel promissis acquievit, certus de aliquâ re fuit, πληροφόρις habuit, idque in primis seq. ב. Excludit autem dubitationem, Esa. 28, 16. *Qui credit non festinet.* Genes. 15, 6. 2. Paral. 20, 20. & dicitur hîc de fide salvificâ. *Auditui nostro*, id est, prædicatio-ni nostræ. Licet enim auditus commode ad docto-res referatur, quod audita prædicare debeant, Rom. 15. hoc in loco tamen activè esse explicandam hanc vocem, & Ambrosius super cap. 10. Rom. & ipse Cornel. à Lap. con-cedunt. Unde Evangelii prædicatio, quia audienda at-tentè, dicitur *auditus fidei* Galat. 3, 2, & 5. & quum duo Synonyma elegantiae ג Auxes eos gratiâ hebrei conjungant, fit ut dicatur λόγος ἀκοῆς, 1. Thessal. 2, 13. Hebr. 4, 2. Non secûs ac dicitur *Psalmus cantici*, Deut. 32, 12. id est, Psalmus excellentissimus: Sic Evangelium dicitur *sermo prædica-tionis*, quasi nihil ulterius sit quod aliquâ prædicatione vel certè tantâ præter verbum DEI sit dignum, & sic Thessalon. locus difficilis criticis facilè explicatur.

בָּרְךָ יְהוָה עַל כֵּי נְגִילָתָךְ ג brachium Domini cui reve-latum est. LXX. eodem modo, καὶ οἱ Βεργίων κυρίοις τινὶ ἐπε-xaln̄θη pro avenalūθη, id quod tecum fuit, apertum est. Per brachium Domini (Chald. habet גְבוֹרָתָא וְתָקוֹת דָּרְעָה גְּרוּבָה robustij potentiae Domini. Syr. Joh. 12, 38, וְדָרְעָה דְּמָרִיא ג brachium ipsius Domini) intelligunt quidam Evangelium, quod est potentia Dei ad salutem, Rom. 1. verum ex Iohann. 12, 38. appareat quod ipse Christus qui est potentia Patris, quâ Diabolum mundum & infernum confregit quaque potentissimè omnia gubernat hoc nomine veniat sicque explicant Patres: August. tr. 53. in Iohann. col. 302. *Brachium Domini ipse Filius Dei nuncupa-*

tus est. *Cyrillus* lib. 8. in *Johan.* cap. 20. *Tertul.* lib. 1. contra *Praxeam* c. 13. *Beda* super c. 1. *Lucæ*, & imprimis *Atchanas.* tom. 1. de communi essentiâ P. F. & S. S. pag. 387. qui & hoc urget: ὁ Κεραῖων τῆς ἀντῆς θέσιν γοῖας ἔκειται, καὶ οὐ περαῖων, quod de Evangelio dici haud poterit. *Cyprianus* lib. 2. testim. adversus *Judaos* fol. 400, qui & subsecuentia testimonia ex *Esaia* colligit, ubi Christus dicatur brachium & manus Domini, *Esa.* 59, 1. 66, 1, 52, 10. Et alii. מֵעַל refert *Kimchi* ad subiectum, sic enim in h. loco: כִּי שְׂגָלָתָה עַל זֶה עַל מֵי reveals est super eum, sequuntur hunc plurimi Christianorum. Verum sic 1. Ellipsis τῆς, אֲשֶׁר effingenda. 2. non dicendum fuisset עַל מֵי sed 3. *Johannes* cap. 12, 38. repugnat. Melius *Rascbe* ad Objectum hoc refert quod proprietati linguae, contextui & Apostolicæ allegationi convenit.

v. 2. **וַיַּעֲלֵל בַּיּוֹנָק לְפָנָיו** Hieron. & ascendet sicut virgultum coram eo. L. X. οὐνυγγέλαμεν ὡς παιδίον ἀνώπον αὐτῷ, annunciamus quasi parvulum in conspectu ejus quod in hebreo non est. עליה ascendit (Targh. יתרבא crescet) Tribuitur & terræ nascentibus, quæ paulatim è terrâ emergunt & succrescunt. *Hos.* 10, 8. *Amos.* 7, 1. *Esa.* 32, 13. *Prov.* 24, 31. *Deut.* 29, 22, יונק propriè, lactens, per metaph. est surculus qui sugit arboris succum, unde Targh. egregie vocem expressit per כלבלבין quod notat germina, flores, propagines. Radix est ex corde arboris seu medullâ arboris pullulavit, qui ramus in adultioribus succidendus est, ne arborem corruptat. Sicut vero homines potentes opulenti & splendidi comparantur altis Cedris & querubibus, *Dan.* 4, 17. *Jerem.* 22, 15. ita Christus pauper & abjectus tenero virgulto, quod quidem amœ-

amœnum est , sed propter imbecillitatem nihili habetur, & facile confringitur, vide D. August. doctissimè hic differentem tom.10. homil.36. integra. fol.510. לְפָנָיו referendum ad verbum, non ad nomen, Dn. Tarnov. cum Riveto, quem sequitur, refert ad quemq; infidelium, h. s. quod instar virgulti neglecti quod diu haud subsistit, exurgat.

(זִיה מַרְאֵת וּכְשֶׁרֶת) Hieron, & sicut radix de terra sumenti LXX. eodem modo. Hebraicè : sicut radix de terra siccitatis, id est siccissima. Aquila interpretatus est in via, ut virginitatis privilegium, verba hæc Hieron. demonstraret, quod absg; ullo humano semine de terra prius in via sit creatus. Notatur verò hac phrasí summa sterilitas & ineptitudo soli , quod vel nullos profert fructus, vel si quos profert, ἀρότραι εγι sunt & vix enati ob humoris carentiam decidunt, Jerem.2,6. 51, 43. Ezech.19,13. Ose.2,3. Psal. 65, 2. Cæterum nullus dubito, quin idem hic sensus qui Esa.11, 1. טְבֻזָּה חַטָּר יִצָּא quod enim hîc dicitur שֶׁרֶת radix, id cap. 11, 1. dicitur חַטָּר, quod præterea, Prov. 14 3. tantùm occurrit & est baculus : quod hîc: è terra siccitatis, id Esa. 11. עֲזֹבָה verò fatente Kimchi notat propriè lignum excisum, quod clarissimè patet ex Jobi 14, 4. Et in pulvere moriatur עֲזֹבָה stipes seu truncus ejus. Semel adhuc Esa. 40, 24. occurrit. Unde patet non esse de nihilo, quod Patres hinc Nativitatem Christi ex virgine probârint. Ut enim radix in terrâ siccissimâ progerminare nequit, & trunci ex arboribus decisi, & in puluere jam emortui, fructum naturaliter haud afferunt: sic & virgo, &c. Vel certè, si aliis credimus, respicit ad tribum Davidicani, quæ multis modis depressa & tantùm non planè eradica-

Paraphr.

ta fuit. Sensus ergo: Etenim non instar cedri augustus erit servus meus, sed instar virgulti tenuissimi quod ex arbore succrescens omnibus eradicandum maturè videtur, ne succum arboris attrahens totam arborem pessundet, surget. Et sicut radix è terrâ deserta Et siticulosâ oriri nequit, vel si qua orta est, ad maturitatem justam pervenire nequit, alimentum enim necessarium deficit: sic Et servus meus ex ejusmodi orietur terra, unde naturaliter fructus sperandus nullus, quin adeò tabernaculum Davidis erit collapsum, ut nemo ipsum ad aliquam maturitatem per venturum estimaturus sit.

לֹא תְהִרֵךְ Hieron. non est species ei neque decor. LXX. ^{וְכָאַתָּה} אֶת־עַד־אֲתָּה אֶת־דָּבָר. Targh. hæc omnia ad Christi sublimitatem & excellentiam refert: non erit, inquietus, aspectus ejus sicut aspectus communis, nec autoritas ejus sicut autoritas idiotæ, &c: Verum igitur in his de misero Christi statu, non verò glorioso. Cæterum Ellipsis est verbi חַיָּה usitatissima, ubi notamus quod quando אין & לא observinge Sixtino Amama in Grammat. ante nomina per ellipsin verbi substantivi usurpentur, tunc לא absolute, אין verò de certâ tantum specie negare. Vide lib. 2. cap. 5. pag. 191. 2. notamus adverbium לא nominibus verbisq; prefixum equipollere frequenter vobementi affirmationi contrarij. Proverb. 25, 21. accipere personam in judicio לא non bonum, id est, pessimum, cap. 10. 2. non profunt thesauri improbe parti, id est maximum, cap. 10. 2. non profunt thesauri improbe parti, id est maximum obsunt. Sic Matth. 12. non remittetur ei, id est, vehementissime vapulabit, Apoc. 3, 5. Non delebo nomen ejus ex libro vite, id est, certissime salutem æternam consequetur. Est ergo לא non forma, id est, informissimus. propriè refertur ad qualitatem & ornatum habitus, אריוֹן ad quantitatem & ejus excellentiam

אביר

אָבָר ad rebus corporis, & actionum. Consule h̄ic Lex Pagn. cum notis Merceri, Foerst. & alios. תְּאַר vidimus superius.

וְיִנְחֹזֵף וְלֹא מְرָאָה וְנַחֲמַרְהוּ) Hieron. ၊ vidimus eum, ၊ non erat aspectus, ၊ desideravimus eum, LXX. omit-tunt, ၊ desideravimus eum, nisi velis dicere, quod נַחֲמַרְהוּ nomen contra analogiam grammaticam putārint, idque voce καλλαγες expresserint. Sic enim זְיוֹהוּ זֶה וְיִהְיֶה זֶה קְרוּשָׂא זְיוֹהָה רְכָלְדָּה וְיִתְּכַלְּבָה בֵּית חַמְרָה sanctitatis, splendor ejus, omni qui viderit eum, ၊ attenderit (וְיִסְתַּכְלֵ) ad eum. Pia quidem si ad Christum hæc accom-modas, paraphrasis, à textu tamen remotior. De רָאָה nec non מְרָאָה superius. חַמְרָה est ex desideravit, quod gratum, voluptuosum utile, pretiosum est, Gen. 3, 6. Jos. 7, 21. Psal. 68, 17. Esa. 1, 29. Variæ verò hujus commatis explicaciones. Quidam enim affirmativè, quidam ne-gativè id interpretantur. Qui affirmativè, referunt hanc ultimam particulam vel ad Prophetam, & pios, juxta Matth. 13, 17. Sic Lyranus, Cornelius & alijs, quorum sen-tentia minùs nobis videtur commoda, quum de carnali haecenus Istaélita egerit vel ad Israëlem, & l per Iva, seu ut interpretantur, h. s. ut desideraremus eum, quæ senten-tia nil incommodi habet, & sensu cum negantibus con-venit. Sic Symmach. Vatab. Tirin. D. Tarnov. Qui nega-tivè. efferunt in applicatione grammatices in diversa ab-eunt. Quidam negationem ex præcedenti membro re-petunt & legunt לא נַחֲמַרְהוּ & non desideravimus eum, quam ellipticam repetitionem usitatam esse, Psal. 9, 9. Deut. 33, 6. Ef. 41, 28. vide Grammat. Cl. Trostij, probant. Ita Leo, Castrius, Salmero, & ex iis Sanchez, Cornelius à Lap.

Alii.

Alii ¹ pro אשר possum existimant, & verbum in modo potentiali exprimunt. B. Lutherus. Die vns gefallen ḥette/ ubi pleonasticè & emphaticè è הַ affixum redundaret. ¹ verò pro אשר sumi, plurima docent exempla, vide Rutb. 3, 16. Malacb. 3, 1, Psal. 118, 27. & magnam copiam in indice Heb. Piscatoris. Nobis videtur commodissimè asserti posse, esse Ellipsis usitatissimam אין השאלה אי חתירה. He interrogandi seu admirandi, nec sic ab ullâ receditur literâ. Interpretatio igitur hæc est: & *Vidimus eum* *G* non erat aspectus, *G* desideraremus eum? nec sine empha- si hæc dicta forent. Exempla ellipsis hujus vide Jobi 40, 20. תְמִשּׁוֹן לוֹיְתָן extrahas Leviatban? Jobi 2, 10. Genes. 27, 24. Mich. 5, 2. צָעֵיר לְהִיחָה parva ut sis? sicque optimè sensum S. S. expressit, nec ulla disconvenientia, quam fingunt, Mattb. 2, 6. μηδαμῶς ἐλαχίστη, nequaquam minima es. In hunc modum Ambros. lib. 1. Offic. cap. 46. illud 1. Corinth. 11, 13. *decet mulierem non velatam Deum orare,* interrogativè exponit. vide & Kimchi in Michlol f. 16. col. 2. Sensus est:

Pamplogast.

Vidimus quidem G consideravimus eum: verum nihil in eo, quod consideratione aliquâ G contemplatione dignum videretur, invenimus. Nulla enim ipsi erat species, nihil in eo venustatis, sed totus erat colaphis lividus, sanguine fa- datus, flagris concisus. Adeo igitur dementes G à sensu communi alienati essemus. qui adeò deformatum, adeò de- honestatum nobis in regem G Dominum appeteremus?

¶. 3.

(נְבָזָה וּפְרָל אֲיַשִׁים) Hieron. Despectum G novissimum virorum. LXX. ἀλλὰ τὸ εἰδόθ αὐτῷ ἀπιμονήσῃ ἐκλεῖπον πα- εὶς αὐθεώπων sed species ejus inhonorata G deficiens pre- fatis hominum. Judæi hæc de populo in captivitate ex- ponunt.

מן ריך הנביה. Sic enim Rascbe super hæc verba: חזה מזוכיר כל ישראל כאיש אחר (consuetudo) Prophetæ bujus commemorans omnem Israël sicut virum unum. Vide & Kimchi: verum hæc in quæstione i. refutavi. Nos ex proprietate verborum rimabimur sensum. נבזה partic. Niphal à בזה quod teste Foerst. est animo abjectit conculcandum, alto supercilie dignatus est, & ut rem nihil habuit, 1. Sam. 10, Esth. 3, 6, 1, 17. 2. Sam. 12, 9. Hinc dicitur Christus בזוי despectus populi, Psalm. 22. Chald. hanc vocem benè expressit, quando ait: בכנז יהי לברון: in sic erit in contemptum. Est verò ex בוסר quod notat fructum immaturum & acerbum, dentibus comedentis stuporem inducens, Jerem. 51, 29. unde Syro Chald. בסר aversatus est tanquam rem nauci & malam. Num. 15 31. 1. Job. 3, 20. LXX. habent ἄπυροι, quo nomine male apud non neminem doctum aliàs, hīc audiunt, quasi emphasis vocabuli נבזה nullo essent assecuti modo, quum ἄπυροι possit esse is, qui nulla afficiatur ignominiā, licet publico destituatur honore: Verum quod pace ejus Viri dicam, levibus hīc conjecturarum inanum ventis abripitur; ἄπυροι erant, qui insigni aliquo flagitio & facinore nobilitati publicis muneribus abesse jubebantur, & quos impune occidere licebat, quod ex Demosth. Pbil. 3. ex lege quadam ἄπυροι πεθνάτω afferente, & ἀπύροι ibidem σηλίτας, quorum nomina cippis erectis inscripta ignomina publica afficiebantur, nominante, satis evidenter apparet, & hūc pertinet Harpocratis observatio, quod ἄπυροι sit ὅν αὐτοῖς δύσκολείνας χαράκεσται θηλυμίω. Sic apud Demosth. eundem: χείματα αἴλια sunt, quæ invadere licebat & rapere. Talis homo dicendus latinis Intestabilis, Horat. lib. 2. satyr. 3. is intestabilis & sacer esto, Plautus in Curcul. Sem-

E

PCG

per caveto ne sis *intestabilis*, id est, sceleratus, flagitiosus & execrabilis, ut explicat *Turm.* lib. 29. adversar. cap. 14.

וּנְוִיסִים *virorum*. 1. est congeries synonymorum, de quâ superius. 2. notandum, quod *adjectiva* (error enim grammaticus est, quod Cornelius à Lap. **חֶרֶל** putet Substantivum) contracta ante pluralia vel collectiva singularia eminentiam summam significant, Prov. 30, 24. **אַרְצָה** *parva terræ*, id est, minima, vilissima, 2. *Paral.* 21, 17. *parvus filiorum* &c. Sic Virg. *Sancte Deorum*. Homerus, δολομῆτες θεῶν. Vix igitur fatis descriptionem hanc summæ despiciendiæ Christi homo cogitare potest. Dicitur enim *infimus* (ubi cessent homines esse) *abjectissimus virorum*, à quo alloquendo, utpote vili & paupere, alii viri cessent & abstineant, cuius consortium quasi ignominiosum refugiant, quem à suis cætibus quasi hominum secem exturbent. Vide hic Cornel. à Lap. *Sanctetz. Förer.* Et confer *Psal.* 22, 8. 109. 25. *Mattb.* 27, 39. *Marc.* 15, 29. Chald. oppositè pro more exponit. **חַפֵּס** **כָּל** **יְקַר־בָּשָׂר** auferet pretiositatem omnium regnum. Sensus est :

Parapbraſt.

Imò Messias instar fructus immaturi **בָּשָׂר** acerbi projicitur, pedibus conculcandus exponetur, ut publicè infamis instar cippo impunè occidendus inscriptus, *Johan.* 12. & 9. à nemine non infra quemvis infimum, à cuius consortio boni quiqz sibi cauent, nemaculam sibi contrahant ignominie, habeatur, alto negligatur supercilie **בָּשָׂר** orde hominum in ipso cesseret, ut non homo sed vermis sit.

אִישׁ מִכְאָבוֹת Hieron. *virum dolorum.* LXX. **אַבְגָּז** **בָּשָׂר** **בָּשָׂר** *bomo in plagâ*, id est, plagi affectus. Est hæc

hæc locutio ἐμΦανωλέρω. **אִישׁ** enim quando notat subiectum respectu alicujus accidentis, tunc non est simpliciter vir, sed vir eminens cæteros longissimis parasangaris superans, i. Samuel. 16, 18. Ecce vidi filium Isai, virum belli, id est, bellicosum, belligerandi peritissimum, Exod. 4, 10. 15, 3. Jud 2, 14. Genes. 9, 20. 47, 6. Et nomen substantivum, quando adjectivi periphrasis est, notatq; adjunctam qualitatem, si plurale est superlativè reddendum est. Judæ epistola verl. 18. cupiditates impietatum, id est, impientissimæ, Psal. 5, 7. &c. Sensus ergo: Messias erit vir afflictissimus, vir dolorum, undique miseriis, quæ corpus quæ animam plenus, princeps & ciborum omnium omnino, quicunq; sunt & fuerunt unquam miserum, ita ut pelagus quasi quoddam dolorum videatur. Cæcum est ex **כָּבֵד** quod plus est, quam & præter languorem & debilitatem, cruciatus sensum subinfert, & est intensissime & maximè tam animo, quam corpore, & quandoq; ex vulnera dolere, Genes. 34, 25. ubi Hieron. quando gravissimus vulnerum dolor est. Thren. 1, 12. Jobi 14, 22. Prov. 14, 13. Jer. 51, 8.

Sensus vero
borum.

וְיַדְעֹת חֲלוֹן) Hieron. Scientem infirmitatum, LXX. οὐδεὶς Φέρειν μαλακίαν sciens ferre infirmitatem. Hebraicè: cognitus infirmitate. Kimchi in hunc locum. כי ידוע ונגיל ה'יא לעבור עלול הגלות quia notus est & assuefactus fuit ad transcendum super ipsum onus captivitatis: cæcutit cum Rasche ad captivitatem hæc applicans populi, quia tamen ad significationem vocis aliquid facere potest, adducere voluimus. Dupliciter vero & activè & passivè hunc locum autores explicant. Activè præter Hieron. & LXX. Först Cornel. Forer. & huc allusisse putant, Paulum in Epist. Hebr. non habemus Pontificem, qui non possit affici, &c: nec analogia Grammatica repugnat.

Participia enim Paul significationem activam quandoq;
obtinere alibi demonstratum, *Kimchi Michlol.* fol. 7. col
3. *Drusius lib. 1. Observat. cap. 29.* *Cf. Trostius in gramm. Ebr.*
p. 33. Verum quom ita statuam à genuinâ & propriâ
cujusvis vocis significatione nunquam vel minimum re-
cedendum, nisi analogia fidei, & contextus reclament,
& hîc passivam, quæ alias genuina, retinendam putamus,
sed & hîc divortium sententiarum. Sunt enim qui red-
dunt, *contritus infirmitate*, at cognoscendi hujus radicis
significatio potiore est, quin *Kimchi* omnia exempla, quæ
R. Febuda & R. Jonathan in significatione frangendi ad-
ducunt, in cognoscendi exponit. Retinemus igitur
propriam, & est; *notus infirmitatis*, id est, ab infirmitate
vel infirmitati, q. d. *infirmitas ei familiaris facta est*, de eo
omnibus exploratum perspectumq; optimè fuit, quod commu-
nis omnis miseria via) sicut *Kimchi* per רְגִיל quod est
ex trita in ipso sit, quod domestica ipsi facta sit calam-
itas. Vide nunc *Deut. 1, 13. 15.* ubi præterea hoc passivum
tantum occurrit.

Sensus ver-
borum.

Hieron. **וַיָּקֹם סֶתֶר פָנֵים מִכֶּנָיו** quasi absconditus vultus
ejus. LXX. ὅν αὐτὸς εργάζεται τὸ στόματον ἀλλὰ, quia aversa est
facies ejus. Chald. **וְהַוְחַ מְסֻל קָא אֲפִי טְכַנְתָּא מְמָנָא** כְסָא postquam fuit faciens ascendere, (subtraxit) faciem
majestatis à nobis, respecti fuimus. Variu hic variè. Quidam
putant esse parcipiū & hoc referunt vel i. ad Deum,
h.s. quod Deus ipsum nihil habuerit, vide *Tarnov.* pag.
431. qui sic Ellipson statuit, vel. 2. ad homines, quisquis erat
abscondens faciem **וְאַבְוִימָנָא** Christum instar leprosi. Et
ceteris qui sic: **כְטַחְטוּרִים פָנֵים מְמָנוֹ שְׁלָא הַיִנְא** huc Kimchi qui sic:
להabit in eo præterea **מְאֹס שְׁהִיְנוּ** **מְאָסִים אִיתָו וְלֹא**حسبנו
לְכָלּוּם רֹצִים quasi abscondens faciem ab eo, quia non vole-
bamus

bamus inspicere in ipsum præ multitudine contemptus & fui-
mus reprobantes eum, & ne quicquam putavimus; vel 3. ad
Christum quod ipse ob nimium dolorem & indignitatem
faciem à nobis pudebundus quasi averterit, quod LXX.
faciunt. *Aben Ezra* refert ad gentes abscondentes faciem
זה נוי כאשר יראה יהודים יסתיר פניו מפני ערד היום
usq; in hunc diem gens hac, quando *Judeum* videt fa-
ciem avertit. Verum nos cum *Mercero Pagnino* & aliis
Hebræis doquissimis putamus esse nomen sub-
stantivum, & est latinis: *absconsio* facierum à nobis, eodem
sensu, quo dicitur, quod *pastores* sint *abominatio* *Ægyptio-*
rum, Gen. 46.34. & *Luc. 16.15.* quod omne altum sit βδέλυγμα
coram Deo, & Christus dicitur desiderium gentium. & sic
nulla Ellipsi opus est, nec à proprietate literæ vel hilum
disceditur, quin in abstracto magna latet emphasis. Ea lo-
cutione enim superlativus notatur, Gen. 3,6. *האוח* desiderium
desideratissima, *Genes. 12, 2. benedictio*, benedictissimus,
Cant. 5, 16. Ezech. 35, 15. Psal. 88 9. Sensus ergò est: *Etreve-*
rà nos omnes faciem ab eo tanquam re abominabili, & quam
sine fastidio & nausea aspicere haud possis, avertimus & ab-
scondimus.

וְלֹא חַשְׁבָנָה) Hieron. *despectus*, unde nec re-
putavimus eum. LXX. ἡμάθησαν ελογίδην *despecta* (scil.
facies) & non reputata. B. Luth. ipsum *Nibbzeb* refert ad
antecedens & post subseq. sic reddit. Darumb haben wir
ihn nicht geacht. Vau significare idem quod igitur appa-
ret, *Job. 1, 13. 21, 34. Proverb. 8, 32. Eccles. 2, 2. 12, 2. Isa. 10, 13.*
37. 18. 61. 8. & alibi. Dicuntur vero hæc imprimis de in-
fidelibus, quibus se ipse Propheta per κοινωνότητιν admi-
scet. *השׁב* autem inter cœtera significat æstimare vel in
aliquo loco habere & magnificere. Est ergò, nihil
cum

num secimus, in nullo numero habuimus, &c. סבוזה su-
periùs vidimus.

APHORISMI PRACTICI.

1. Semper sunt quos Christi ejusq; Ecclesie humilitas offendat, ex v.14. Ita hominum est ingenium, nil admirantur, nisi quod magnum: humilia verò negligunt. In Christo igitur cùm parentes pauperculi, nativitas abjecta, conditio vilis, officium laboriosum, mors ignominiosa, offenduntur. Hinc illa: à Nazareth quid boni? Joban.1, 46. nunquid è Galilea surgit Propheta, Joban.7, 52. Nonne hic est fabri filius? Matth.13, 55. Marc.6, 1. Repetebat eadem Julianus Apostata, querendo, quid fabri filius faceret? ingeminabant gentiles, qui Christum ex eo, quod asinâ ingressus Hierosolymam. Deum asinimum, Christianos asinarios calumniabantur: quod crucifixus & mortuus, Deum negabant; Christianos tantis cladibus à Diis ex eo affici blaterantes, quod crucifixum à mortuis excitatum adorandum statuerent? &c. Verum beatus quisquis non fuerit offensus in me, inquit Salvator ipse, Matth.11, 6.

2. Doctrina Evangelica contrarij sèpè sunt effectus, diverso respectu. Unus videlicet per se, & ex intentione Dei, salus & conversio hominum; alter, per accidens, in iis, qui pereunt & Evangelio contradicunt.

3. Christi sanguine peccata expiantur, v.15. Est enim hic sanguis, sanguis Christi, Hebr.9.14. & Sanguis Nov. Test. v.19. qui nos emundat ab omni peccato, 1. Joban.1, 7. Ad hunc ergò fontem meritò accurrimus immundi, Zach.

13, 1,

13, l. & cum Davide exclamamus, purga me hyssopo,
Psal. 51.

4. *Potentia & maiestas reges ex regno D & I non excludit*, vers. 15. Habemus hoc in vaticinijs, hic & Psal. 72, 10. Esa. 49, 23. 60, 16. videmus id in exemplis, qualia in Vct. Testam. Davidis, Josiæ, Hiskiæ, Josaphati, in Nov. proconsulis, Actor. 13. Constantini Magn. Thcodosii & aliorum.

5. *Optimum principis ornementum est Christo obedire, credere & pium esse, ex eodem.* Præscripsit quondam Julius Pollux Commodo Imperatori virtutes, quibus veram posset consequi laudem, si esset εὐπρόονθυος facile salutans, εὐεὐδαμὸς facilis accessu, μελίχης facile admittens interpellantes, ωργονὺς blandus & lenis: magnæ quidem virtutes & principe dignæ, unde Titus Vespasianus ob humanitatem deliciae generis humani; Otto Magnus ob popularitatem Amor mundi appellatus fuit: verum omnibus vitutibus longissimè anteit pietas, quæ sola si abest, reliquæ nihili habendæ. *Nemo enim sine Deo vir bonus est, nec quisquam supra fortunam exurgere potest, nisi a Deo adiutor fuerit,* teste Seneca Epist. 41. pag. 121. col. 2. Num. 40. *Præcipua pars Magistratus religio est, inquit Plato.* Unde Mecænas Augusto hoc imprimis præceptum dedit, ut Deos semper & ubique coloret neque quenquam veteres eligi magistratum volunt, nisi pius extiterit & divinis operam studiis dederit. vide Psal. 24, 7. Psal. 2, 12. 1.Tim. 4, 8.

6. *Evangelium in Nov. Testam. & gentibus annuncian- dum fuit.* Selegerat quidem Deus Judeos in peculium suum, Exod. 19, 5. 6. promiserat eis Messiam, Genes. 12, 3. *Satus ex Judeis est, Joban. 4, 22.* Vide etiam Roman. 3, 2.

Psal.

Psal. 147. 19. 20. Verum selectio isthac temporanea erat, quæ durare debebat ad tempus correctionis, *Hebr. 9. 10.* ad Christum scilicet exhibitum, per quem macerias integrina destruenda, *Ephes. 2. 13.* & gentes in consortium Ecclesiae adoptandæ erant, quod fusè probat gentium Apostolus, *Rom. 15.* & Petrus *Actor. 15.* Quod observandum contra Judæos, qui nos adhuc Gojim miseros, peregrinos, Dei expertes vocant, cùm ipsis non nobis promissus sit Messias. Verum sumus & nos Judæi non ex eis propagati per carnem, sed eis inserti per fidem. August. ipsi defracti sunt, ut nos insereremur per fidem, *Rom. 11. 17. 18. 19.*

7. *Quod in Vet. Testam. latet, in N. patet, vers. 15.* In Vet. Test. fuit nox, in N. affulsit dies, *Rom. 13. 12.* ante Christum sedebamus in tenebris, *Esa. 9. 2.* *Luc. 1. 79.* in N. T. illuxit sol justitiae, *Malach. 4. 2.* oriens ex alto, *Luc. 1. 79.* Unde benè August. de vera Relig. cap. 17. *Vetus inquit, Testamentum est occultatio Novi, & Novum manifestatio veteris.*

8. *Pauci sunt qui Evangelio verè credant, vers. 1.* Fit vero hoc ex diaboli invidiâ, *Luc. 8. 12.* hominum malitia *Ierem. 18. 18.* non ex Dei beneplacito & absoluto aliquo decreto, ut videb. in quæstionibus.

9. *Christus est verus Deus, quum brachium Dei sit.* Est hoc Axioma Patrum. Vide Athanas. locum allegatum superius.

10. *Christi humilitas deleat in nobis superbium, vers. 2.* Christus quum esset gloriæ Dominus, dux vita, rex regum, factus est servus, non vir, contemptissimus & infimus, ut superbiam tuam expiaret. Erubesc ergo terra, DEUS se humiliat, & tu vermis Te exaltas: vis ergo

ergò vulnus lethale tibi ab Adamo inflictum sanari, sequere Christum, ambi non summa, sedima, humilia te sub potenti manu Dei, & hīc te tandem exaltabit. Magnæ latent opes, magni thesauri in humilitate. Centrum quiescit nec dimovetur. Humilitas infima petit, & centrum est, nec casum veretur, sed quiescit, quum interea, tangant feriantq; summos fulmina montes, &c.

11. *Christi passio omnium aliorum passioni nullo comparandumodò.* Ut taccamus Christum aliorum peccata in corpore suo expiâsse & portâsse, certè nullum fuit membrum, quod exquisitissimis tormentis expositum haud fuerit, sicut hæc fusissimè Thomas p. 3. quest. 46. art. 5. conclus. 1. fol. m. 107. 108. exposuit, quò lectorem remitto.

12. *Christi passio est medicina vitiorum.* Tres sunt impribus vitiorum radices, 1. Joha. 2, 16. quibus Christi passio medetur sufficienter. Ad *superbiam* vitiæ proterendam factus est novissimus virorum. Ad *concupiscentiam oculorum* reprimendam ipse contemtissimus factus est: ad *concupiscentiam* carnis demandam ipse nullo non supplicii genere affectus est. Obstupescet ergò peccator, Christus dolore afficitur, & tu peccare perges? Ut servum redimeret nec Pater Filio, nec Filius sibi ipsi pepercit, Bernhard. & tu carni indulgens Filii passionem protelabis. Ut redimatur servus, occiditur Filius, Augustin. & tu ex filii libertate in Diaboli servitutem te conjicies. Figatur potius toto tibi in corde, qui pro te fixus est in cruce, Idem.

QUÆSTIONES.

I. An in Vet. Test. Evangelium fuerit annunciatum? R.

E

I. Ne

1. Negant id *Anabaptistæ*, quos studiosè *Photiniiani* sequuntur, contendentes, vitam æternam & bona spiritualia sanctis in Vet. Testam. non fuisse promissa, quum Christus per Evangelium demum ea, quæ olim non auditæ fuerint, revelârit narranda. *Volket.* in instit. cap. 8. *Socinus* in lib. quod Evangelici debeant se cœtui &c. pag. 19, 20. *Smalzius* de divinitate Christi cap. 7. & 8. quæ agunt de promissio vitæ æternæ & Spiritus S. pag. 25, 26. 27. 28. 29. *Osterod.* in instit. qui & consensum *Bellar.* ex lib. 2. de R. P. cap. 29. producit, quibus succenturiantur *Wigelianni*, nullum hominem ante mortem Christi pervenisse in cœlum, excepto Johanne Baptista, *Weigel.* part. 1. Postit. pag. 23. & part. 3. p. 75. 76. 77. asserentes.

2. Verum ut facilè hos ex πειθαγγελίᾳ, Gen. 3, 15. *Ipsæ & fide Jobi* cap. 19, 25. 26. 27. exemplis Enoch & Eliæ, Genes. 5. 2. Reg. 2. ex legalibus vitæ promissionibus, Lev. 18, 5. Deut. 30, 6. cap. 15, 16. & Novi Testamenti probatione, *Joban* 5, 39. *Actor.* 15, 11. &c: confutatum ire possumus, sic certè ex hoc loco nihil concludent.

3. Non solum enim Paulus hæc ad gentes applicat, Rom. 15. de quibus facilè damus, quod sub lege verbi prædicationem ordinariam haud habuerint, sed & vox Evangelii probè ab ambiguitate vindicanda. Sumitur enim vel latè vel strictè. Latè nihil aliud est, quam prædatio gratiæ de remissione peccatorum: Strictè vero dicitur de Christo jam exhibito, ubi quia umbra & nox præteriit, dies clara & corpus ipsum successit, Rota 13. Coloss. 2. major est lux & claritas quam in Vet. Testam. fuit, non quod in V. Test. non fuerint bona spiritualia, sed quod involucris typorum & prophetiarum omnia fuerint exposta, quæ distinctio ex Rom. 16, 26. clare probatur, & huic

huc facit analysis textus & ipsum verbum רָאשׁ. Veteres enim videre volentes Christum non videre, *Mattb 13.* Illo respectu & in V. T. Evangelium fuit: hoc verò N. T. tantum proprium est.

II. Quænam sit causa, quod non omnes Evangelio credant, quibus id annunciantur? R.

I. Fieri id vitio hominum scriptura testatur, & ex scriptura à nostris tribus diu est evictum. Calviniani verò, licet concedant omnibus voluntate mandati, iustitiae, signi approbationis, humanitatis, vocationis externe, &c. (*Crocius part. 2. Pruten. convers. c. 9. Chamier. Panstrat. Catbol. Tom. 3. lib. 7. de prædestinat. Admonitio Neostad de lib. Concord. cap. 1. & in dilut. fals. accus. cap. 3. Et in monsfrat. Antilogiarum cap. 9. Zancb. lib. 5. de natura Dei, cap. 2. p. 4. in solutione 8. argument. Ursinus in Catech. part. 2. p. m. 338. Embdani in act. synod. Dordrecht. pag 738. Piscator in obseruat. ad v. 37. Matthæi cap. 23. Kimedont. lib. de Prædest. cap. 14.*) offerri gratiam & salutem, tamen id vocatione efficaci, internâ, voluntate beneplaciti, eudonias, affectionis, decreti, Deitatis, vocationis interne, &c: fieri pernecant, idq; ideo quia Deo ab æterno aliud fuerit visum. Sic enim *Calvinus* in hunc locum: *Etsi satis constet omnes vocari, disertè tamen excipit Propheta vocem externam, qua invitat nibil prodesse, nisi accedat peculiare Spiritus S. donum.* Unde verò discrimen, nisi accedat peculiare Spiritus S. donum Unde verò discrimen, nisi ex arcana Dei electione, cuius causa est in abscondito. Eadem habet lib. 3. instit. cap. 24. p. m. 240. nec non in c. 2. *Joel. v. 32.*

2. Sic & Crocius in secunda parte Prutenicæ conversationis pag. 300. Deus vult precepto omnes credant, at non vult in omnibus efficere fidem. Post pauca: Deus vult omnium hominum salutem approbatione, scilicet si credant aut legem impleant, non vult omnium hominum salutem sc. efficiendo, id est non vult in omnibus medium salutis efficere per quod servarentur.

3. D. Bergius in disputat. de Ætern. Provid. & Prædestinat, decreto Thesi 22. & 23. distinguit inter vocacionem efficacem & inefficacem, idq; ex Dei intentione & decreto, & Deum ex mero beneplacito vi *decreti præteritionis* *præteritis non electis*, negasse & negare beneficia 1. *Expiationis*, per Christum. 2. *Vocationis internæ & efficacis*. 3. *Justificationis*.

4. Renneckerus in suâ cathena cap. 24: Ex his apertè colligi potest non omnibus quibus Evangeliū doctrina proponitur in unum, sed in diversos fines proponi & admirando Dei iudicio in utramq; partem sit temperari ac dispensari, ut non minus reprobis odor mortis ad mortem, quam electis odor vite ad vitam sit. Sic Deo & eodem Dei verbo tam reprobri ad damnationem enecantur, quam electi ad salutem recreantur. Consentit Beza in Colloquio. Mompelgard. pag. 403. Reprobatis vel prorsus non vocat, vel si maximè vocet, vocatio tamen prorsus inefficax est. Simila invenies apud Ursinum in Catech. explic. pag. 402. Trelcat. instit. loc. commun. lib. 2. p. 102. Polanum lib. 6. syntagm. cap. 31. imprimis Kimed cont. lib. de prædest. cap. 14. p. 585. ubi inter vocationem internam, quam Electorum propriam dicit, & externam, qua foris audiatur intus nec audiatur nec discatur idque ex voluntate Dei, distinguit.

5. Ex

5. Ex quibus apparet, quod duplicis erroris se constringant i. quod ab externâ prædicatione, non secus ac Schwenckfeldij & VVeigeliani (Part. 2 postill. pag 238. 243. γάρ σεαυτὸν p. 30.) internam Spiritus Sancti gratiam plenè separent, & pro actibus distinctis habeant, unde Fac. Gryneus disputat. de Euchar. thesi 6. ait: à Paulo 2 Cor. 3, 6. ministerio externo effectum ministerii interni, *cōbonēstandi gratiā tribui*. 2. Quod causam inefficaciz verbi ponant non hominum malitiam, sed beneplacitum DEI, subtrahentis virtutem internam, quod Kimed. l.d. dissimulare haud potuit, quando inquit: *Quando queri sollet, cur multis idem verbum audientibus, non omnes ita vocentur, ut vocatorum obedientia consequatur: parum appositi respondetur à nonnullis, quia ipsi volunt. Nam si fideles ideo credunt, quia volunt, non iis fidem donavit, sed eam ipsi sibi-ipsis volendo præstitere.* Et post pauca: *Sed cur non omnes ita trahit? quia miseretur quorum vult, & indurat quos vult.* Et lib. 2. de redempt. gen. human. cap. 6. Ubi quærit quod quum cunctis eadem veritas, eadem gratia prædicetur &c: qui fiat quod tanta in audientibus disparitas, & respondet: *Unde tanta disparitas nisi ex disparitate gratiae vocantis?* Sic & Calvinus lib. 3. institut. cap. 25 §. 2. *Hic ergo se aperit immensa Dei bonitas, sed non omnibus, in salutem, quia reprobos manet gravius judicium, quod testimonium amoris Dei repudient. Atque etiam Deus illustrandæ gloriae suæ causâ Spiritus sui efficaciam ab illis subducit.*

6. Nec Crocius, qui hīc aliàs subtilius philosophatur, excipiendus est, siquidem in Prutenice conversationis parte secunda, cap. 13. classe I. ad locum 2. Thessalon. 3, 2. *Fides non est omnium, quærit, quomodo? num quod velint omnes credere, non autem possint? an quod pos-*

sint velle, non autem omnes velint? Nihil horum redē dicitur. Est ergo non omnium eo sensu quo querundam est, est autem querundam ex speciali Dei gratiā. Non ergo est omnium ex eādem gratiā, sed quibusdam denegatur justo iudicio.

7. Verūm sententiam hanc posteriorem cū distin-
tione hac improbat esse, patet:) de priore alii;) Quia 1.
verbo Dei est contraria, ∴ Deum facit hypocritam &
dolosum, 3. perditionis causam ab hominibus in Deum
derivat, 4. incredulos facit excusabiles.

8. Primum membrum patet ex Rom. 11, 32. 1. Tim. 3, 4.
Actor. 17, 30. Johan. 3, 16. 2 Petr 3, 9 Ezech. 18, 23. ex quibus
concludo:

*Quicunq; 1. omnium vult serio misereri 2. omnes vult sal-
vos fieri & ad agnitionem veritatis pervenire. 3. omnibus pro-
misca & indiscretè salutarem ad Deum conversionem, remis-
sionem peccatorum, fidem; eternam salutem offert, nec 4. vult
ullos perire, sed ut convertantur & vivant, ille neminem vult
perire sed interno & serio animo quantum in suo luce & fano
est possum, gratiam conferre contendit.*

Sed de Deo in respectu ad salvatorem hominum omnia ista
vera sunt.

Ergo Deus neminem vult perire sed quantum in se est in-
terno & serio animo gratiam conferre. Et per consequens,
verbi prædictatio Dei conferendi affectum habet inclu-
sum, sicq; non ex vocantis voluntate, vel vocationis in-
efficacia effectus non sequitur.

9. Alterum membrum hoc probatum syllogismo
eo: *Quicunque verbis blandissimis & lingua invitat, quem
arcana suā voluntate non tantum non vult venire, sed invitat,
ut magis lac doce vocatus obsurdescat, quin lucem accendit, non.*

ut illuminet, sed ut cæciorem reddat: remedium adbibet, sed ne sanetur cum jamdum ad interitum cum creârit, & absolute destinârit, ne sanaretur, is cum quem vocat pessime ludificat, & dolis miserè exagitat.

Sed Deus blandissimis verbis &c: invitat peccatores, quos non vult venire, &c: Ergo.

10. Majorem puto suâ luce radiare; & vel firmissime probatur ex Proverb. 26. 24, ubi quoad יְנַכֵּר quod Pagn. reddit, alium præfert, alii verò agnoscetur, rectè notat R. David clarum ex subsequenti esse versu de simulatione & hîc sermonem fieri; vide locum. Minorem verò suam faciunt Calviniani. Sic enim Piscator in disputat: de Prædest. contra Schaffm. thesi 85. Deus lingua per ministros Evangelij profitetur se reprobos velle credere Evangelio, quatenus id eis mandat, & tamen non vult eos venire. Idem ad disput. Joh. Tauffreri pag. 23. ministerium verbi & Sacramentorum quod attinet ad majorem vocatorum partem ex intentione Dei inefficax, imò planè exitiosum est. Idem parte secunda ad amicam collationem Vorstii, Nec sequitur, inquit, Deus quibusdam ex vocatis Christum servatorem nunquam dedit, nec dare voluit, imò absolutè hac destinavit, ne in ipsum crederent. Ergò fieri non potest ut serio jubeat. Eodem loco: Eisi Deus arcana sua voluntate non vult ut reprobis convertantur; quippe quos crevit ad interitum, &c. Idem contra Hemming. pag 14. Hominem esse lapsum Deo ordinante & quidem necessariò, afferit.

II. Calvinus lib. 3. instit. cap. 24 Illud in questionem trahi non potest, multis verbum suum dominum mittere, quorum cæcitatem magis velit aggravari. Et nonnullis interjebris: Ecce vocem adeos (Deus) dirigit, sed ut magis obscurans

descant, lucem accendit, sed ut reddantur caciōres, remedium adbibet sed ne sanentur. Idem sc̄t. 12. Quos in vita contumeliam & mortis exitium creavit, ut ira sue organa forent, & severitatis exempla eos, ut in finem suum perveniant, nunc facultate audiendi verbum privat, nunc ejus prædicatione magis exēcat & obstupefacit.

12. Sic Rennecherus in suâ catena cap. 24. Horum (nempe reproborum, qui ad aliquam veritatis cognitionem perveniunt) studium cum divinitus sit maledictum, est præposterum studium, cui sententia nusquam respondet. Et paulò post: Ex his apertè colligi potest, non omnibus quibus Evangelij doctrina proponitur, in unum sed in diversos fines proponi & admirando Dei iudicio in utramq; partem sic temperari & dispensari, ut non minus reprobis, odor mortis ad mortem quam electis odor vite ad vitam sit, &c: Et Zanch. lib. 3. de nat. Dei cap. 4. contrarietatem voluntatis in Deo, exinde putat se evitare, quod dicat, Deum quidem legem omnibus proponere, sed non velle propositam ab omnibus servari, sed tantum ab electis, quin respectu damnatorum hanc esse voluntatem Dei ut peccant & in peccatis perseverent.

13. Sic & secundum expedivimus. Tertium nunc ventilandum erit. Esse vero impietatis causam incredulitatis & perditionis in Deum transferre, neminem negaturum spero, cùm Deus nullibi non à culpâ se vindicet, vide tantum, Matth. 23, 37. Prov. 1. 24. Esa. 65, 2. Calvinianos vero causam in Deum transferre sic probo: Quod plurimi Evangelio non credunt, sit vel ex votati malitia, vel ex votationis inefficacia.

Si ex votati malitia & inobedientia, culpa est in vocato, quod Dordracenses canone, 5. Artic. 1. pag. 340. asserunt quidem

dem verūm sic vocatio ipsa in efficacē & in inefficacem discerni non poterit. *Ratio:* quod contingit culpā vocatorum, ab eo nō potest desumi interna ipsius vocationis distinctio, cum id, externē & eventualiter vocationi superveniat. 2. Superius vidimus *Kimedont.* referre hoc ad ipsam vocationem, & lib. 2. de redēptione hum. generis cap. 6. ait, *si quidem alij ex Evangelii auditione proficiunt, alij non proficiunt, imo indurantur.* Et quis proficiunt non ad eundem modum incrementi omnes proficiunt. Unde tanta disparitas, nisi ex disparitate gratiae vocantis? Vide *Calvīnum* & alios superius adductos, *Bucanum* pag. 401. *Zanch.* lib. 5. de *Natura DEI*, cap. 3. *Piscat. ad Vorst. collat. Not. 16.* & alios, absque omni sua culpa hominem reprobatum esse concedentes. 3. Quæro an istam repugnatiā malitiosam, Deus attenderit indecēnendo, an non? Si istud, quomodo i. ex reprobatione sequuntur peccata, ut docent *Præstantiss. Reformatæ Eccles.* ut à *Dordracenis* vocatur in præfat. *D. Beza* volum. 1. aphor. 1. *Zanch.* l. 9. de *natura DEI* cap. 2. part. 3. *Piscator contra Schaffm. disput. de Prædest. th. 92.* *Zwinglius in elench. contra Catabaptistas Embdenses in synod. Dordrecht.* pag. 573. & 574. quibus tamen in eadem synodo in *judicio Theol. provincial. contradicit*, *Silbrandus Lubbertus*, p. 16. §. Unde sequitur & alii. 2. qui absolute erit decretum si ad incredulitatem respectus? Si vero vitium hæret in vocatione, tunc est in vocante seu DEO, siquidem virtutem vocationi addere & detrahere non est vocati sed vocantis.

16. Quod homines quartò *excusabiles* coram Deo faciat, exinde patet, quia sic increduli non ipsi fuissent causa, quò minus credidissent, vel non credidissent, sed

G

Deus

Deus qui inefficaci vocatione ipsos vocârit, quin, quum voluerit & quidem absolute corum interitum, voluerit & absolute media ad interitum, Dei enim absolutæ voluntati quis resisteret?

III. An homines non renati ex libertate arbitrii possint credere, quum possint non credere? R.

Ita quidem argumentantur Pontificii. *Vide Bellarm. lib. 5. de Gratia* & *lib. Arbit. cap. 20.* & approbat hunc concludendi modum, *Adam Conzen in Comment. super Matthæi cap. 23, v. 37. fol. m. 433.* Verùm respondeo i. *A libertate arbitrij ad malum non concludi libertatem arbitrij ad bonum, nec ab hoc ad illud.* Sic *Ambrosius lib. 2. de vocat. gent. cap. 9.* *Licet insit homini nolle bonum, tamen, nisi donatum, non habet velle bonum: illud contraxit natura per culpam: hoc recipit natura per gratiam.* Augustin. in soliloq. *quod cecidi fuit ex me, quod surrexi, fuit ex Te.* Sic & Deus libertate gaudet, quæ tamen ad malum se non extendit. 2. *Pelagianismum sic plenis velis introducendum esse.* Nec est, ut excipias Pontificios gratiam non excludere, quod Pelagianum esset, sed presupponere. Nam R. i. negando Pelagium omnem exclusisse gratiam. Licet enim initio omnia libero detulerit arbitrio, admonitus tamen à fratribus adjutorium gratiæ concessit. *Augustin. serm. 11. de verbis Apost. lib. 1. de Grat. contra Pelag.* & *Cælestin.* licet gratiam istam variè explicarit. *Vide Augustin. de grat.* & *L. A. cap. 13, de Grat. contra Pelag.* lib. 1. cap. 19.

2. Requirunt quidem gratiam, verùm ratione tantum ordinis, & causæ elicientis, non vero respectu influxus.

fluxus ex non volente facientis volentem, quod clarissimè patet ex similitudine I. avis caveæ inclusæ, quæ potentiam volandi intrinsecus habet, si à quodam externè tantum cavea aperiatur, vide Chemnit. in Exam. part. i. de Lib. Arbit. f. m. 119. II. viri soleis ferreis devincti, dum tamen incedendi habentis, quæ similitudo est Andradij, vide Exam. Chemn. III. oculi, qui specie visibili oblata videt, licet eā remotâ facultatem in actum videndi deducere non possit, quæ Bellarmini est, lib. 6. de G. & L. A. cap. 15 col. 801. IV. hominis in foveam prolapsi facultatem funem prorectum apprehendendi retinentis, quæ Costori est, &c.

II. Annon Esaias hic contradicat Psalmo 45, 3? R.

Psalmus loquitur de gloriâ spirituali & internâ coram Deo & fidelibus, quam impii spiritualiter cæcuentes, non percipiunt. Esaias verò loquitur de statu Christi humilitati, pœnis quas pro nobis pertulit, & formâ externâ sensu hominis carnalis judicata, sicque nulla est contradictione.

SECT. II. CAPUT II.

De speciali passionum Christi narratione.

Postquam Propheta in genere passiones Christi enumcravit, addit nunc specialm istarum, quæ imprimis passionem in specie sic dictam, concernunt, catalogum qui v. 4, 5. 6. 7. continetur.

ANALYSIS LOGICO-RHETORICA.

Quod Sol inter Planetas, gemmæ inter lapides, id hæc

G 2

pars

pars inter reliqua Prophetæ verba. Describitur enim hīc nobis summum fidei mysterium, quomodo & cur Christus Jesus pro nobis satisfecerit, nosque liberārit. Hujus verò passionis describitur & *Subjectum*, quod est Ἰανθεώπος ΝΙΝ quod ter repetitur v. 4. 5. 7. & semel adhuc v. 4. juxta Masoret has, & huic, ne incredibile videatur, particula asseverandi ΙΩΝ præmittitur. Indicatur 2. *materia* passionis, quæ exprimitur in genere nomine dolorum & morborum v. 4. & per διοργανὰ scripturæ usitissimum declaratur per *vulnerationem*, *attritionem* & *castigationem* vers. 5. 3. Additur *causa* passionis, quæ vel sinistra & removenda nempe *peccata propria* & ob ea Dei castigatio, cui per κορονοίσιν quandam Propheta se immiscet & annumerat, v. 4. vel *Dextra* & genuina, quæ priori opponitur, & peccata propria removentur, dum nostra, ieu aliena ponit v. 5. Castigatio Dei conceditor, sed per ἀπαύρωσιν, dum castigationis istius veram causam ponit, vers. 6. 4. *Finis*, qui consistit ēν δόσι νῇ τερῆσι δόσις est *pacis* & *sanitatis amissa restitutio* vers. 5. σέμησις consistit in *erroris ablatione*. in quem humanæ naturæ indicatur *facilitas* & *proclivitas*, *metaphora* ab ovibus petita, à quo reducendi *difficultas*, *metaph.* à viâ, qua consuetudo notatur. 5. *Forma* denique passionis, consistit, 1. in *perferendo*, quod *metaphora* desumpta à basulatione corporearum rerum vers. 4. declaratur. 2. in *obediendo*, quæ summa oboedientia describitur negativè *metonymia* signi (os non aperuit) & *metaphora* 1. ab agno mactationis, 2. ab oboe tendendâ petitâ, cui denuò *antithetica* propositio *negativa* fortissimè affirmans an-

ADDITIONE - Quidam 212 YIAKA
ad hanc subiectum etiam magisterius Piscator ANA-

ETIQUETTE
Saxoniae etiam magisterius Piscator ANA-

ANALYSIS GRAMMATICA & veri sensus inquisitio.

אָמַן חֲלִיכֵנוּ הוּא נִשְׁאָה) Verè languores nostros ipse tulit, LXX. γέτος αὐμαρτίας ήμων φέρει, Iste peccata nostra portat. אָכֹן (quam vocem LXX. omittunt) est particula asseverandi, Profectò verè Gen. 28, 16. Esa 45, 14. Ex. 2, 14. 1. Samuel 15, 32. 1. Reg. 11, 2. Job. 32 8. Psal 82. 7. Esa. 49 4. Unde Nathan in Concord. Hebr. אָכֹן כָּל שְׁעִנְיבָּנוּ אֶמְוֹת הַזְּבָרֶר אֲכֹן יְקוּיָם סְצִיאוֹתָו quod τῆ significatio semper notet veritatem & stabilitatē ipsius rei. Qui reddunt per (Sed) à proprietate literæ nimis abeunt. Potest verò deduci à כָּל quod est ratum facere, erigere. Hinc magnus Chemnitius in lib. de duabus Christi nat. emphasin ita declarat, quod cum eramus lapsi, Christus verè sub crucis pondere labans nos erigit ac stabilitat, ut cum ante a coram tribunali Dei consistere non possemus, nunc ad Deum liberè possimus accedere per filium. הוּא ipse. Emphaticè pro nomen hoc esse interpositum, nemo hebrææ literaturæ gnarus, negabit, omitti enim citra jaçuram constructionis potuisset. Videtur igitur nobis hoc ipso vocabulo ad πειλαγγέλιον, Gen. 3, 15. יְשֻׁוֹב הָוּא ille conteret, respexisse. Volunt quidem divinitatem nonnulli ex hoc probare; quorum labores ut maximopè probamus (qui enim Christiano & Christi amatori de Christo piè dicta nō arriderent?) ita tamē firmo talo, ut adversariis in acie opponi possint, stare hęc ex nudo hoc vocabulo argumēta haud putamus. R. Kimchi in Ps. 105, 7. quinq, recēset, הוּא quæ in malam, & quinq; quæ in bonā trahuntur: Verba ejus hęc sunt הוּא לְרֹעָה וְחַמְשָׁה סְזָא חַטָּאת tu invenies (eris) quinq; הוּא in malam &

G. 3. quinq; quinq;

OMI

quinq; in bonam partem. In malam recenset, Gen. 36. v. ult. Num 26, q. 2. Paral. 28, 22. Estb. 1. Gen. 10, 5. In bonam. Gen. ille est Abraham, Exod. 6, 27. Ezech. 7, 6. 2. Paral 32, 30. & hic subdit אָמַר רְبָרְכִּה וְהַאֲלֹהִים נָמֵנָה עִם הַצְדִיקִים ^{di-}
xit R. Berachia, Deus numeretur cum justis, & ponit quin-
tum, Psal. 105, 7. Pluraverò dari multis probare possemus
exemplis, sed istud tantum notamus, quod de Dco usur-
patum immutabilitatem propriè nec non constantiam in pro-
missis notet, Psal. 102, 28. וְאַתָּה חֶלְלָה ^{אָתָּה} tu ille; quod statim
declaratur & anni tui non finuntur.

חַלְלָה LXX. ἀμαρτίας. Targh. debita, Hie-
ron. languores nostros, ut consequens peccati, LXX. verò
& Chald. ipsum antecedens & causam dolorum ponunt.
Est verò ex חַלְלָה ægrotavit, cui affinia sunt חַלְלָה &
quorum illud dolore, hocverò violare significat siveque
חַלְלָה propriè notat ægritudinem, que dolorem Et cruciatum
affert ex lafa aut violata parte aliquâ, hincq; dolere, dolo-
rem sentire, imbecillem esse, Prov 23, 35. 2. Reg 1, 2. Mich 6, 13.
1. Reg. 22, 34. 2. Paral 18, 33. 35, 23. נִשְׁרָח LXX. φέρει sert
(Targb. יְבֻעִי deprecabitur pro delicto, quod est ex בְּהַ
bullas excitavit, fervide & summa contentione ut sit)
propriè est, elevare suscipere in humeros, ita ut motus po-
tius, quam quies significetur, notaturq; terminus à quo,
sicut voce סְבִל terminus ad quem, ut post dicetur ex Etaia.
Hinc qui aliquid elevat, manibus tollit, est portare, fer-
re, sustinere cujus significationis exempla plurima oc-
currunt. Vide Exodi 28, 29 Jerem. 3, 3. Esa. 30, 6. 45, 20. 49,
22. 52, 11. Nec potest hæc inficias ire ipse Soninus, qui ait,
quod, qui aliquid auferat, tam diu id portet, donec abjiciat.
Et hæc phrasis portare peccata in, vel super se de Christo
vel homine aliuo usurpata, nullibi significat simplicem
remo-

remotionem, vel ablationem, sed simul notat receptionem & gestationem pœnæ vel propriæ vel alienæ quod ex inductione exemplorum patet, vide saltem Levit. 20, 17. Ezech 23, 49. 18, 20. Num. 9, 13. 5, 31 18, 32. Lev. 19, 17, 8. 20, 17. 22, 9. 20, 19, 20, Exod. 44, 10. 12. Lev. 5, 1. 17. 17, 16. 24. 15. Num. 30, 16. Ezech. 14. 10. 44, 10. 12. Exod. 28., 38. Esa. 53, 4. 10. Sic & Typicâ portatione peccatorum in hirco emissario. Lev. 16, 22. in Aarone, Num. 18, 1. Lev. 10, 17. Exod. 28, 38. His exemplis coactus Ostorrod. contra Tradel. p. 218. fatetur, quod alias peccata portare in scripturis idem sit, quod pœnas peccatorum perferre. Quibus addimus testimonium ipsius Socini in Prælect. cap. 21. ferè ab initio, phrasin hanc, portare peccatum, idem significare solere confitentis quod peccati pœnas dare, sive ut verbo, cœuait, verbum reddamus, panam peccati ferre.

(וְמִכְאֹבֵינוּ סְכָלָם) ו dolores nostros ipse portavit. LXX. ἀφίημεν ὁδυνάτας πρὸς νοσίᾳ dolet, ὁδυνώμας propriè exquisitissimos dolores sentio, quales sunt damnatorum, Luc. 16, 24. 25. Hebraicè, & cruciatus nostros portavit ipsos, id est, illos ipsos, inquam cruciatus portavit. Solent enim hebrei לְחַסְפָּת חַבִּיאָר affixum vocè denuò postponere, Gen 13, 15, 21, 13. 1. Pet. 2. ἐπιμόλωπον αὐτῷ. Sic & Syrus Hebr. 6, 2. סְכָל verò onus quoddam humeris impositum bajulavit, quod ex perpetuâ scripturâ consideratione patet. Septem vicibus in Kal invenitur. Bis in hoc capite. hic & v. ii. Ter Ef. 46. bis v. 4. semel v. 7, qui locus ut clarissimè nostram sententiam probat, ita huic in constructione parallelus est; sic verba: יְשַׁאֲחוּ עַל בְּתַפְתִּי Hieron. portant illum in humeris gestantes. Targh. optimè nostram sententiam levavit ad gestandum (נְטָל) סְכָלִין לִוְתָה. זִוְת שְׁכָמוּ לְסְכָל. Gen. 49, 15. super humeros suos bajulant eum; Gen. 49, 15.

incli-

inclinavit humeros ad portandum, Tbreu. 5, 7. de portatione
 peccati עַנְחָנוּ סִבְלָנוּ nos delicta illorum, seu poe-
 niam pro delictis portamus. Hinc est סִבְלָה onus ferens,
 1. Reg. 5. 15. Die da Last tragen/ 2 Paral. 2, 2. סִבְלִים bajuli
 2. Paral. 34, 13. In N.T. per βασιλέων exprimitur, quod itidem
 bajulantium proprium esse fatetur loco dicto Socinus &
 patet Luc. 7, 14. Iohann. 19, 17. 20, 17. Actor. 21, 35. Confer
 & Matth. 20, 12. Galat. 6, 5. 5, 10. Nec est ut Socinus in pre-
 lect. cap. 21. afferat, & βασιλέων significare auferre, Iohann.
 20, 15. εἰ σὺ ἐβάσασαι ἀντὸν εἰπὲ μοὶ, quis enim hic bajula-
 tionem & gestationem in humeris excluderet. Syrus
 אֵין אֶת שְׁקָלָת הַיּוֹם, quod Tremellius, Domine, si sustu-
 listi eum, reddidit: לְקָשׁ verò significare & portare, ba-
 julare, clarissimè patet ex Actor. 39, 2. Marc. 2, 3. Mattb 9, 6.
 cap. II, 29. cap. 3 II, 4, 6. Sensus ergò: Grave quidem & letba-
 le est vulnus, quod diabolus nobis inflixit, è quo haud leviter
 dolemus: Verum enim verò רְוָא ipsum semen mulieris certò
 certius cruciatus hos à nobis in se transferet, ipse humeros incli-
 nabit, & dolores nostros instar bajuli humeros impositos pa-
 tienti portabit animo.

וְאַנְחָנוּ חַשְׁבָנָהוּ נְגֻועַ Hieron. וְnos reputavimus
 eum quasi leprosum. LXX. οὐδὲ τομῆς ἐλογισάμεθα, (propriè
 ex datis quibusdam & positis concludere) εἴναι δὲ πί-
 νω וְnos reputavimus eum esse in labore. חַשְׁבָנָה superius vi-
 dimus. נְגֻועַ Hieron. quasi leprosum, secutus Symmacum,
 qui habet αἱ λόφοι ὄνται, & Aquilam, qui habet αἱ λόφοι μόνον,
 id est, in lepra existentem & leprosum. Hauserunt hoc pro-
 cul dubio ex Levit. 14, 35. ubi notat רְגֻעָה seu le-
 pram, dicente Scindelero in lex. Sed נְגֻועַ in genere est re-
 tigit tam in bonam, quam in malam partem, sicq; tan-
 gendo læsit, vulneravit, hinc נְגֻועַ percussum significat,
 וְאַנְחָנוּ

סְפִיחַ אֱלֹהִים וּמְעַנֵּחַ (percussum à Deo & humiliatum).
 LXX. οὐαὶ τοῖς πόνοις τοῦ θεοῦ οὐαὶ τοῖς κακώσας. Luth. Bon Gott
 geschlagen vnd gemartert/ Hebr. percussus Domini, geniti-
 vus hic causam efficientem notat, sic Jobi 14, 1. natus mu-
 lieris, Luc. 7, 28. διδαχὴ Ιησοῦ, Chald. per-
 cussi à Domino. Nonnulli putant nomine אלֹהִי כְּפָחָן (quod à radice Arab. אלֹהִ, formatur) pœnæ gra-
 vitatem & auxesin significari, quo illud Kimchi trahunt:
 בְּנוֹי לֶרֶבֶר הַגָּרֵל וְהַנְּפָלָא אֱלֹהִים חַיָּא vox Elobim est co-
 gnomen rei maxime & admirabilis, verum ut verissimum est,
 maximos hic denotati dolores, si tamen hæc exclusivè
 intellectu exeris, ut non unâ autor & causa pœnarum indigi-
 tetur, errabis, quum Propheta ipsum Jehovam percus-
 sisse cum asserat. Bellarmin. lib. 2. de V, D. cap. 2. Andrad.
 Cornel. à Lap. & alii legunt percussum Deum, & testatur
 Jesuita Sanctius in h. l. Paynam asserere plurimos ex Afri-
 canis Judæis h. l. convictos erroris nomen Christo de-
 disse: ubi autem omnia tenendum existimamus, nos au-
 φωλέγας ὡλέναις ductos scripturæ, (quæ Deum proprio san-
 guine Ecclesiam sibi acquisivisse, Filium Dei seu Christum ēantū
 pro nobis tradidisse, Dominum gloriae imperfectum esse, Actor.
 20, 28. Ephes. 5, 1. Hebr. 9, 26 Tit. 2, 14. Actor. 3, 15. testatur,) au-
 toritate concedere non solam humanam naturam,) quam
 exclusivam Calviniani non naturæ opponunt, sicut con-
 tendit Steinius, in vindic. conc. Iren. sed plurimi ipsi per-
 sonæ. Sic enim Herborn. lib. 2 Rudim pag. 100. Humanæ
 naturæ tantum mortua est, non Deitas, non tota persona.) Sed
 ipsum Deum non ἐμαίνως, vel χειρῶς, vel ἀλλοιωτηνῶς, vel
 συνεποχηκῶς, ut docent Admon. Neostad. pag. 250. Daneus
 in exam. Chemnit. Anhaltin. apol. pag. 246. Beza resp. 1. ad
 colloq. Mompelg. Martinius contra Menz. Bucanus in instit.

loc. 2. quæst. 16. Et horum incensum Et Jesuitas esse referendos docet Dn. Feurborn. fascic. 4. disp. i. verum passum esse in carne sua ωσαπως. Vide Epiphanius lib. 3. tom. 2. contra Dimeritas bær. 77. (ad quod testimonium, quum non haberet, quod reponeret, Steinius maluit silentio præterire tom. i. disp. Gieffens. disp. 8. tb. 44.) & B. Lutherum de ἀλλοιώσει Zwingliana: verum ex hoc loco id probari negare, siquidem contra mentem & stylum hebrææ linguae hæc sunt: I. hebrei enim naturam imitantes prius res seu substantivum, quam accidens seu ejus adjективum ponunt, vide Buxtorff. lib. 2. Thesaur. Grammat. cap. i. pag. 337. hic vero sit contra. II. סְכַח in regimine est positum. Extra regimen est מִכְתָּה cum sægol, sub בָּ. Cornel. à Lap. audacter contra omnem exemplorum fidem scribit cum v. 3. Consensus interpretum adductus id ipsum confirmat. Est vero סְכַח unde est latinum necare, & est percutere, occidere &c. וּמְעֵנָה humiliatus est, ex עֲנָה re vel verbis petenti respondit, sicq; est חַחְלָת z. affl. xit. In Piel, dicente Foerstro, tyrannide seu servitute vel vi humiliavit, depresso, Psal. 102. 24. 1bren. 3, 33. Psal. 119, 75. Ps. 90, 15.

Pampbr.

Sensus: Ipse quidem dolores et languores nostros portabit, verum hoc nibili habito putavimus ipsum propria obdilecta vulneratum, quin ab ipso Deo gravissimis et divinis percussum plagiis, summopere depresso, et ad servitutis jugum usque redactum esse.

cap. 53. v. 5. **וְהֹא כְּחֹלֶל מִפְשֵׁעֶינוּ** Hieron. ipse vulneratus est propter iniquitates nostras. LXX. αὐτὸς δὲ ἐτραυμάθη ἢ οὐ ταῦτα αἰματίας ήμῶν ipse autem vulneratus est propter peccata nostra. Deducunt ሂּחֶל vulnerari, sauciari, quod com-

commodius deducitur ex חֹזֶה קְרָבֵל, quoniam illuc sit מִתְּזֻולָּל, id est, mecholal est verbum de quadratis, sic vero vocat Pual ex verbis quae secundam radicalem habent Vau, vide Bux. thes. חֹל בַּיּוֹלָה וּמְסֻרָּסֶר. autem, dicente Kimchi, מְעַנֵּין significat dolorem, qualis est parturientis aut castrantis, cum quo consentit Avenar. In Lex. qui sic ait: Dolores notat vebementes in intestinis & plerungq; accipitur de dolore parturientis, qui intensissimus est, ut est tumor emens, in tenuum intestinorum parte & usque ad termina atq; dolores vehementes. Vide Jerem. 41, 31. 51 29. Esa 23 4. 26, 18. Micb. 4, 20. סְפִשְׁעֵינוּ propter iniquitates nostras. יְהִי significat propter, (sicut & Targh. reddidit, licet hæc in aliud explicet sensum, sic enim: בְּבָית מִקְרָשָׁא רָאַתָּחַל ipse edificabit domum sanctitatis quæ violata est propter debita nostra) vide saltem Psal. 12, 6. Obad. vers. 10. hæc duo dicta Tarnovius adducit. vero est à עֲשֵׂה prævaricatus est, Kimchi explicat per rebellavit, sicutque notat peccatum, quod scienter & contumaciter committitur, quod ille dicit בָּזְרוֹן. AbenEsr. vero in cap. 14. Hof. vers. 10. & ult. פִּשְׁעִים inquit, sunt שִׁוּצָאִים מהרשורה qui egrediuntur e potestate, qui e potestate legitimi magistratus se eximunt eijs se opponunt, quam significationem genuinam & emphaticam probant, & hæc loca. 1. Reg. 12, 18. Ezechiel. 20, 38. cap. 2, 3. 1. Samuel. 24, 12. Genes. 31, 36. Sensus: Ipse vero exquisitiissimis doloribus & in intestinis ipsi in star parturientis misserrime propter nostram prævaricationem, qua contra Deum creatorum & Dominum nostrum legatum, cuius imperios subducere voluimus prævaricari sumus, dire duxatus fuit.

מְרֻכָּא פָּעֹנוֹתִינוּ) Hieron. attritus est propter scelera nostra LXX. μεμαλάκησαι οὐχὶ τὰς ἀνομίας ἡμῶν infirmatus est propter iniquitates nostras. **רַכָּא** contudit oppressione ad terram, Kimchi explicat hīc per illud Psalmi רַכָּא לְאָרֶץ חִימֵץ Psal. 143, 3. confregit ad terram vitam meam, consule & Jobi 6, 9. 4, 19. Proverb. 22, 22. Tbren. 3, 12. Esa. 19, 20. Psal. 72, 4. Foërst. ait, quod propriè sit contundere in mortario, adeas hīc ejus comment. **לְעֵגֶל** est iniquitas, pravitas, ex redice **עוֹהֶה** quæ propriè significat incurvari, curvum esse, quod ex Niphal patet, Esa 21, 3. Psal. 38, 7. ad animum vel actiones translatum est, inique aut perversè agere, Estb. 1, 16. Daniel 9, 5. **פְּשָׁע** igitur propriè de peccato actuali; **לְעֵגֶל** vero de Originali dicitur, ceu notat Joban. Först. in Esaiam.

מַוְסֵר שָׁלוֹמָנוּ עֶלְיוֹ Hieron. *Disciplina pacis nostrae super eum.* LXX. codem modo παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτὸν. Qui genuinus horum verborum, sensus non omnium eadem est sententia. Nos B. Lutherum sequentes, putamus, Spiritum S. alludere ad satisfactionem, quæ virgis cæsi pro delictis satisfaciebant legi, sicq; post reconciliati dimittebantur, hūc facit quo סוסר propriè severior institutio & disciplina activè & passiuè, qua propter malitiam puniuntur & post satisfactione sic praestita dimittuntur, vel à malo arcentur homines, cujusmodi primis annis adhiberi solet. Vide exempla Jobi 5, 17. Jerem. 30, 14 2, 30. Prov. 13, 24 22, 15. 23, 13. Psal. 50, 17. Deut. 11, 2. ubi de ultimo Ægyptiorum suppicio, 1. Reg. 12, 11. ubi de tyrannide Rehabeami, Psal. 39, 12. ubi de intolerabili acerbitate divinarum usurpatur ultionum. Sic Proverb. 4, 1. 3, 11. &c. 1, 3. מַוְסֵר הַשְׁכֵל castigatio intelligentie, castigatio, quam aliquis propter negligentiam pro intelligentia acquirenda susci-

sustinet, expende Loca è Prov. adducta. Est verò à יִסְרָאֵל, quod est aliquam coercere legibus, disciplina vinculis aut poenâ, ne pro suâ libidine evagetur & vivat, & qui-dem magis reipsâ quam verbis. Hoc enim differt à יִכְחַד Esa 8, 11. 1. Reg. 12, 11. Proverb. 19, 18. Deut. 8, 5. Hos. 7, 12. שָׁלוֹם notat pacem, quam hoc loco reconciliationem interpretamur ex Apostolo, Rom. 5, 10. Sensus ergò est: Supplicium quod nos promeriti sumus, quodque nos subire debuimus, id Christo impositum fuit, ut ipse castigatus pro nobis, pacem nobis eternam acquireret. - Sic Hieron. h. l. Quod enim nos pro nostris debebamus sceleribus sustinere, ille pro nobis passus est, pacificans per sanguinem crucis sue, sive qua in terra, sive qua in cælis sunt. Genitivus igitur in hac constructione notat causam finalem, non secus ac dicitur Jerem. 50, 28. בְּקִמְתַּת חִיכָּלוֹ ultio templi, id est pro salute templi sumta, expende locum, Proverb. 1, 3. adductum. Et significationem hoc loc. nec ipsi Judæi inficias ire potuerunt. Sic enim Rashi לֹנוּ שֶׁהוּא הַיְהָ בְּקִמְתַּת חִיכָּלוֹ הַשְׁלָום שֶׁהַיְהָ לְהִיוֹת שְׁלָום לְכָל הָעִילָּס בָּאוּ עַלְיוֹן יְסוּרִי הַשְׁלָום שֶׁהַיְהָ מִיּוֹסֵר venerunt super eum castigationes pacis, que fuit nobis quod ipse castigatus fuit, ut esset pax omni mundo.

(וּבְחֲבָרָתוֹ נֶרְפָּא – לֹנוּ) Hieron. & libro ejus sanati sumus. Sic & LXX. τῷ μῶλωπι αὐτὸς ἡμεῖς οἴδημεν, & Petrus 1. Petr. 2. vers. 24. 25. חֲבוֹרָה propriè est plaga ex sanguine concreto, seu consociatio sanguinis intra cutem, quæ plagæ omnium molestissimæ sunt, Exod. 21, 25. Gen. 4, 23. Proverb. 20, 30. LXX. reddidere per μώλωπα. Est verò μώλωψ ὁ ἀκτῆς πιληγῆς αἰματώδης πίπον. seu cutis ex verborum incusione fugillata. De נֶרְפָּא sanati sumus, non est, cum grammaticis hic torquemus nos; verba enim

tertia personæ usurpantur frequentissimè indefinite & quasi impersonaliter, nullo expresso nominativo, Amos 4, 2. Hos. 3, 17. Mich. 2, 4. Est E. נָרְפָא sanatum est vel sanatio fit nobis. Exponit verò dittere Petrus I. d. livo. πόνον de morte crucis; sanationem autem de cura animalium. Sensus: Per plagas innocentissimo Christo impressas ex quibus ipse dolores percepit maximos, nobis nostra est sanitas.

cap. 53. v. 6. הַלְּנָנוּ כִּי־אֵין תְּעִיבָה Hicron. Omnes nos quasi oves erravimus. LXX. codem modo: πάντες ὡς ἀπέβαται ἐπλασθῆμεν. Kimchi est genus loquendi ellipticum, quod sic supplet רְלִי מְבָלִי רֹועֶת vult dicere absque pastore. Proprias universitas nostra, &c. (כָּל) enim in bebr. Chal. Syr. Arab. substantivum est) & sic in unum quasi fasciculum integrum genus humanum colligit nemine excepto præter Christum. Et facit hoc ut remedii suavitatem & necessitatem nobis magis magisque commendet. חַדָּה כוֹלְנוֹן כְּעַנָּא אֲתַבְּרָנָח vide Esa. 21, 4. cap 58, 4. Chald. qui vis in viam suam respexit. Confer quoad phrasin hanc Psal 110, 17b. Mattb. 15, 24. Luc. 15, 4. in primis verò Ezech. 34, 48. 16. Vide hiltor. animal. D. Franzij.

**Sensus Pa.
rap'raſt.** אִישׁ לְדַרְכֵי פְּנֵיכֶךָ Hieron. unusquisq; in viam suam declinavit. LXX. αὐθεωπὶ τῇ ὁδῷ απὸ ἐπλανήη, homo in viā suā erravit. Hebr. qui vis in viam suam respexit. Targh. גָּבָר לְקַבֵּל אוֹחֵז גַּיְנָא Sensus est: quivis suas cupiditates & prava consilia, quibus asfueti eramus, contra secundam tabulam, & pravos suos culus contra primam scribamur & admirabamur, Respicere, enim sub-

subinfert admirationem, imitationem, *Psal. 40, 5. Esa. 5, 12.* *Via vero vox notat morem ac rationem vivendi ac agendi, Esa. 10, 24. 8, 11 55. 81 Psal. 49 14. Fer. 12, 26.*

(*וַיֹּהֶה חֲפֵצִיעַ בָּזֶה אֲחַזְעָן כְּלָנוֹ*) Hieron. *¶ posuit Do-*
minus in eo iniqutatem omnium nostrorum. LXX. καὶ οὐει *¶*
παρέδωκεν ἀυτὸν ταῖς αἰματίαις ἡμῶν, & dominus tradidit
ipsum iniqutatibus nostris. Hebraicè est: *Dominus fecit*
impingere in ipsum iniqutatem universitatis nostre. Chald.
hic egregiè, finem seu fraudum impositionis, ut frequen-
ter solet, pro causa ponit. *וְמִן קֶרֶם יְיָ הָוֹת רְעוֹא לְמַשְׁבָּק* *הַוְיִי כִּילָנָא בְּרוֹלָה*
Et de coram Domino fuit beneplacitum
remittere peccata universitatis nostra propter ipsum. *Contra*
clara hæc verba cæcutiunt hic Rabb. quorum verbis ci-
tandis nil impendam temporis. Merc. in Lexico Pagn. red-
dit etiam: Et Dominus orare fecit cum pro iniqute: Ve-
rum 1. ipse Socinus in prælect. hæc rejicit. 2. אֲחַזְעָן esse pro
in ejusmodi structura haud facile dixerim, nec ullum ha-
cenus exemplum hujus observavi rei. *Est verò פָגָע*
impedito occurrendo, occurrit ¶ incidit in aliquem impellendo,
occidendo: Jud. 8, 21 seu פָגָע notat hostilem incursum, qui
fit animo gladiatorio seu perdendi, Exod. 5, 3. Num. 35, 19.
Jos. 2, 16. Judic. 8, 21. 15, 12. *יְהֹוָה שֵׁם רַبָּא וַיַּקְרֵא ut Jo-*
nath. Levit. 24, 11. loquitur. Est שֵׁם הַמְּזֻהָר nomen pro-
prium ¶ essentiale Dei, ut vocatur in codice Sota. cap. 7.
Uni, soli, vero Deo competit. Vide de hoc nomine
Galat. de arc. catbol. vertit. cap. II. & 12. Sensus ergò est:
Nos quidem diffiseramus, ut oves absq; pastore. sed Pater in
filium omnia nostra peccata fecit impingere, ut nos à reatuca-
rum liberati, viveremus.

גָּבָעַ

נָגֵשׁ

וְהַוָּא בְּעִנָּעָ) Hieron. Oblatus fuit (legit. שׁ

pro conjidente Schiltero) quia voluit (pro בענה נָגֵשׁ)
 יאבח git נָעַמָּה codem dicente. Musc. putat legisse
 q̄od minus verisimile, tres enim sic literæ fuissent im-
 mutandæ) LXX. ἡγὶ ἀυτὸς ἡγὶ τὸ μενακῶδης οὐ ipse pro-
 pier afflictionem non aperuit, (malè etiam siquidem illud
 ἡγὶ in textu non est, 2. alterum verbum omittitur) Luth.
Da er gestrafft vnd gemartert ward. Sic & hebr.
 exactus est οὐ ipse affligitur. Legendum vero esse נָגֵשׁ
 probat Mercerus exinde, quod Hammasoreth. Esa. 29. 13.
 notet per schin dextrum nullibi præterea in Esaia oc-
 currere. Ergo hic erit leve. Estverò נָגֵשׁ vi adigere
 aliquem ad solvendum debitum, vel tributum, ut solent violenter
 exactores pudici, vel aliud aliquod opus molestū efficiendum.
 In N. T. per ἀγγελίαν exprimitur. Sic R. D. Kimchi
 רְעוֹהוּ נָגֵשׁ בְּמִזְבֵּחַ. כִּמֶּן נָגֵשׁ אֶת הַכְּסָף לֹא יָגֵשׁ אֶת
 exactus est in divitiis, sicut exegit argentum, non arctabit ami-
 eum seu socium suum. (Prior locus habetur, 2. Reg. 23. 35. po-
 sterior Deut. 15. 2.) Vide Exod. 3, 7. & 5, 6. 14. ubi de tyrannicâ
 exactione Pharaonis usurpatum, & Job. 3, 17. Esa. 9, 3. & 14, 2.
 Dan. 11, 20. Estq; magna hujus vocis Emphasis, significantis
 à Christo, quum semel peccata nostra in se suscepit magno ri-
 gore exactam esse pœnam οὐ solutionem, illius debiti, (id est
 peccati, Matth. 6, 12. 18, 24.) quod nos, non ipse, contraxe-
 ramus Psal. 69, 5. בענה (de quo vide superius) est hic Be-
 noni in Niphali, ut punctatio ostendit, & ita res velut præ-
 sens bypotyposi ob oculos ponitur, affligitur, vim patitur,
 vel certè adigitur, impellitur, provocatur ad loquendum.
 vid. Rad. בענה in lexico Pagn.

וְלֹא יִפְתַּח פִּוּ) Hieron. οὐ non aperuit os suum. LXX.
 ἡγὶ σὸν ἔνοιξεν τὸ σόμα αὐτῷ. Hebraicè est Futurum pro præ-
 teri,

terito vel præsenti, sicut hactenus locutus, & fit hoc ad as-
fiduitatem & continuationem alicujus rei exprimendam,
Psal. 1, 2. *in lege יהנָה meditabitur*, id est, continuè, assi-
duò, nonquam non meditari solet. Considera & Psal. 3,
7. *Psal 22, 3. 25, 1. 31, 6. Hos. 1, 2.* Apertio verò oris libertas
indicatur, *Jobi 33, 2. Epbes. 6, 19. Jobi 32, 20.* hinc cum per
adverūbi *לֹא separatum vehementissima contrarij indigitetur*
affirmatio, ut superius dictum, non aperietos, erit pla-
nè obmutescet, nec hiscere quidem audebit, sed pude-
factus non habebit, quod contradicat, vide Ezech. 16, 63. ne
sit tibi amplius apertio oris, pro pudefias, & non habeas,
quod contra respondeas. Unde unà apparet non es-
se, quod Vau hoc loco pro comparandi habeamus
particula, ut nuperrimè docto cuidam visum est, à pro-
prià enim significatione temerè resiliendum haud duco.

כְּשַׁה לְטַבֵּח יְוָבֵל) Hieron. sicut ovis ad occidendum
duceatur. LXX. *ως φεύγαντι σφαγὴν* sicut ovis ad ma-
ctationem ductus est. *יְוָבֵל* est ex *יְבֵל* quod moram &
pompam seu productionem includit, unde *יְוָבֵל* quod
jubilæum dicimus, productorem tubæ sonitum seu clan-
gorem significare ajunt. *יְוָבֵילְנִי deducet me in*
civitatem munitionis? cum comitatu scil. & pompâ regiæ,
Psal. 108, 11, 68 30. adducent reges munus, Jerem. 11, 29. *Hos. 10, 6.*
de hostili abductione, quæ non sine pomposa irritione
fit, considera tamen & ea, quæ & Füllerus lib. 4. in mi-
scellan. habet.

וְכָרְחֵל לְפָנֶיךָ נְאַלְמָתָה) Hieron. & quasi agnus
coram tondente se obmutescit: LXX. *νησὶ ως ἀμνὸς ἐμπλέκεται*
τῷ κείρῳ αὐτῷ & sicut agnus coram tondente mutus.
וְחֲדֵר est ovis fœmina. Ter præterea in scriptura occurrit,
Gen. 32, 14. de ovibus, quibus fratrem iratum reconcilia-

re volebat Jacob, Gen. 31, 38. de ovibus abortum haud facientibus. Cant. 6, 5. dentes tui sicut grex ovium &c: quæ omnia quam commodè huc trahi possint, vel me tacentem quivis videt. נַאֲלָפָה est præterit. Niphal & longum, R. David teste in lib. Rad. Est verò אַלְמָן colligavit manipulos, obtumescere. In Binian Niphal colligari lingua, linguae vinculo quodam teneri, ne expeditè loquaris, Ezech 3, 26. 24, 27. Psal. 31, 19.

Parapbr.

Sensus est: Sicut ovem, quæ ad sacrificium deducitur, magna sacrificantium turba comitatur: Sic & justus servus meus ad crucis sacrificium cum morâ quadam & magnâ irridentium & captivum tenentium pompa deducetur. Sicut verò agnus coram tonante obmutescit, sic & idem servus meus instar agni immaculati qui ex lavacro mundus à fôrdibus ascendit, quaquè irata patris facies, ne miseris occurreret eosq; pessimadaret, reconcilianda est, coram cruciantibus & crucifigentibus obmutescet.

וְרָא וּפְתַח בּוֹ) de hoc jam actum est: Summa verò hîc Christi patientia indicatur. Hebrai enim affirmationi supponunt negationem fortissimè affirmantem. Peccatum sicut Sodom annunciarerunt & non tacuerunt, Esa. 1, 39. id est, nunquam non de peccatis suis gloriati sunt. Confessus est & non negavit, Joban. 1, 20. Gen. 24, 16. Deut. 33, 6. Prov. 23, 23. quem loquendi morem nec Ethnicis fuisse ignotum, alibi in Spicileg. Hebraicarum quæst. demonstratum est.

APHORISMI PRACTICI.

1. Christus vere passus est, ex v. 4, 5, 6, 7. Refutantur hîc αὐτοὶ δοκῆται, qui nomine Φιλός luserunt. Manichei qui

qui Christum putativè mortuum, non verè putarunt: edictum Justiniani, in quo corpus Christi & antè passionem vocatur ανεπιδεκτός Φυτκῶν γῆς αἰδιαβλάτων παρθένον susceptivum naturalium & inculpabilium passionum. **Hilarij opinio**, qui in Christo nullum verum sensum doloris fuisse asserbat lib. 10. de Trin. vide hic Chemnizium de Christo, cap. 3. 15. 16. in quartâ de Christo errantium classe, ex quo hæc: licet si Guilbelmo Parisiensi credimus, hunc errorem Hilar. tandem dejecerit, quem & Beccan. part. 3. Theol. Schol. cap. 12. quest. 6. §. 3. & 4. fusè excusat.

2. *Christus ob nostram peccata passus est.* Ipse enim peccatum non novit, 2. Cor. 5. 21. fuit segregatus à peccatoribus, Hebr. 7. 26 verùm nos eum laborare fecimus, Esa. 43. 24. nostra peccata ei imposuit pater, nostros tulit dolores, ex elevavit, quod non rapuit, Psal. 69. 5. Unde August. meritò exclamat, lib. medit. cap. 7. quid commisi amantissime juventis, ut adeò traheris? Quod scelus tuum? que noxa tua? que causa mortis? que occasio tue damnationis? Ego sum plaga doloris tui, tua culpa occisionis. Ego tue mortis meritum, tue vindicta flagitium. Ego tue passionis litor, tuicru- ciatus labor.

3. *Peccati gravitas est inestimanda.* Peccata enim Christum servire & mori fecere, Esa. 43. 24. non potuerunt nisi morte unigeniti expiari, Joban. 1. 18. filij unice dilecti, Matth. 17. 5. Ut redimatur servus, occiditur filius, Augustin. serm. 138. de Temp. Ut servum redimeret, nec Pater Filiu, nec filius sibi ipse pepercit. Bernh. ô detestandum ergo peccati virus, quod non nisi sanguine Filii Dei potuit evacuari! ô gravem casum animæ, quæ non nisi morte Filii Dei potuit reparari!

4. *Ratio humana passionem Christi baud intelligit.* Discimus id ex vers. 4. & exemplum habemus in ipsis Christi discipulis, *Luc. 18, 34.* & in Emaunticis, quos Christus idèò stultos & ad credendum stupidos appellat, *Luc. 24, 25.* adeò non percipimus ea, quæ sunt *Spiritus Dei*, *1. Corintb. 2, 14.* presertim si præjudicio aliquo mentes nostræ fuerint imbutæ. *Error enim cum citius creditur difficultius emendatur Gregor.* *M. l. 32. cap. 17.* explicat moral.

5. *Vulnera Christi sint unicum nostrum solatum.* Ipse enim vulneratus est ut plerique legunt, propter iniquitates nostras, sic quæ infinitæ Patris iræ vulnera ejus satisfecere, & infiniti sunt valoris. Ad hæc ergò peccator confuge, in hæc te abde, histe totum immitte, & placatissimo animo contra quosvis diaboli furores, carnis stimulos tutus ab omni parte quiesces. Unde rectissime *Bernard.* serm. 61. super Cant. *Quid tam ad mortem quod non Christi morte salvetur.* Egò fidenter, quod ex me mibi deest, usurpo ex vulneribus Domini, quia misericordiæ affluunt. Foderunt manus ac pedes ejus latusq; lancea foraverunt, & per has rimas licet sugere mibi mel de petrâ, oleumq; de saxo durissimo, &c.

6. *Christi passio est nostra passio.* Est enim pro nostrâ pace suscepta. Benè *Ambros.* Mea est tristitia, quam meo suscepit affectu, mibi compatitur, mibi Christus est, mibi dolet. Ergò pro me & in me doluit, qui pro se nihil habuit, quod doleret. Dolcsigitur Domine Jesu non tua sed mea vulnera, non tuam mortem, sed meam.

7. *Pacem Christus nobis suâ acquisivit morte.* Non tam externam, quæ momentanea, Pax est interdum pacis fiducia nunquam, quam internam & externam. Nos enim reconciliavit, *Coloff. 1, 22.* peccata nostra, quæ dividebant inter

ter

ter nos & Deum, Esa. 59, 2. in abyssum maris projecit, Mich. 7.
 19. chirographum quod contra nos erat, sustulit, Coloss. 2, 14.
 mundum vicit, Johan. 16, 33. infernum exfoliavit Coloss. 2.
 18. principem seculi judicavit, Johan. 12, 31. Sicque devictis o-
 mnibus hostibus pax secura subsecuta est.

8. Summa est redemptorum & à Deo aversorum indignitas, Dei patris in nos benignitas, Christi pro nobis afflicticari-
 tas, patet istud ex v. 6. illud ex eodem, hoc ex vers. 7. Benè
 ergò August. I. medit. c. 7. O mirabilis censuræ conditio &
 ineffabilis mysterij dispositio: Peccat impius & punitur justus,
 delinquit reus, & vapulat innocens, offendit impius & damna-
 tur pius, &c.

QUÆSTIONES.

I. An Christus pro peccatis nostris satis- fecerit? R.

I. Arx & fundamentum omnis solatii & veræ reli-
 gionis est, idèò Christum esse natum ac passum, ut pro
 peccatis nostris satisfaceret, nosque qui iram Dei pro-
 meriti eramus, Deo reconciliaret & justificaret. Unde
Athanaf. in orat. de pass. & cruce Dom. articulum hunc
 nominat, τὸν τῆς ἡμετέρης σωτηρίας κεφάλαρι έχοντα. Verum
 impiæ Photinianorum fœda χθὲς οὐ πεπόνηται profano
 ore hæc negans limpidissimum Israëliticæ consolatio-
 nis fontem cum Phylistæis obturat, statuens Christum
 esse passum in exemplum tantum nobis, nec pro pecca-
 tis nostris satisfecisse. *Cateches. Rackov. de Prophet. mun. Je-*
su Christi c. 8. Osterod. in Institut. cap. 37. Sect 8. Socinus re-
spons. secunda ad Respons. Andr. Volan. fol. 95. Idem in prele-
tionibus à c. 25. utque ad finem Gutticlius in defens. arg. suo-
rum contra Lucium.

I 3

2. Non

2. Non errant verò hi soli sed cum his faciunt Remonstrantes nuper in Belgio orti, *Hindricus Welsingb.* lib. de offic. hom. Christi fol. 6.7. Per sanguinem Christi justitiae divine pro peccatis nostris satis factum fuisse usquam extat, & clarè pugnat cum liberali & quā remissione peccatorum, quam Deus nobis per Christum obtulit. Vide & Remonstrant. in Act. Synod. Dortra fol. 107. Simon. Episc. de domin. Dei, Thessal. 13. & disput. 6. Thes. 6. Hendrie. Slatium Epist. ad N. sicut hos & alios Johannes Pelarius in harmon. Remonstr. & Socinian. artic. XI. parag. 8. & 11. adducit, ex quo nos hæc, nec dissentit quoad meriti Christi negationem Wigelius, qui in exemplum Christi mortem tantum proponit in dialogo de Christianismo & alibi.

3. Verùm nos nihil moti, quòd nostram doctrinam absurdam, perniciosa & blasphemam (Schmalcius Respons. ad quartam partem refut. Smicglec. de satisf. cap. 27.) quòd commentum ex curiosorum hominum cerebro natum (idem Homilia 4. super cap. I. Johan. fol. 48.) horrendam in Deo blasphemiam (Gittich. l. d. pag. 101.) & vanum nominent somnum (Osterod in Institut. cap. 33.) Asserimus, quòd Christus reverà & faciendo & patiendo pro peccatis nostris pœnisqué peccatorum satisfecerit, idq; ex nostro loco hoc probamus syllogismo.

4. Quicunq; 1. ab omni parte innocens, aliorum 2. peccata & peccatorum pœnas, 3. ex justâ Dei voluntate in se suscipit & portat, 4. propterea exquisitissimis doloribus afficitur, conteritur, occiditur. 5. ita ut fiat victima, quo 6. pœnam peccatorum alienorum sufferens, ipsis pacem acquirat, & 7. desperitam sanitatem suo labore ac morte restituat, is verà satisfactione pro alijs satisfecit.

Sed

Sed Christus ab omni parte innocens haec omnia 7. praefit.

Ergò verà satisfactione pro aliis satisfecit.

5. Majorem certam esse putamus, vel ex Photinianorum sententiâ. Sic enim *Socinus* cap. 18. prælect. sect. 3. ad veram plenamq; satisfactionem pro peccatis nostris per agendum necesse fuisse afferit, ut ipsa natura humana, quæ peccavit ex seipsâ, id universum exsolveret, quod nos propter peccata nostra debebamus. *Osterod.* Instit. c. 37. sect. 8.

Christus inquit, vel anima ipsius redemptionis pretium appellatur non quod ille vera satisfactio, qua instar debiti alicui pro nobis fuerit persolvenda, extiterit sed quia *Christus* seipsum imò Deus ipse *Christum* morti tradidit, &c. Sic *Socinus* in prælect. cap. 20. Non autem mortuum esse *Christum* ait, ut inde effectus aliquis peccato nostra respiciens persequeretur, ut certè necesse fuisset, si idcirco mortuus fuisset, ut vel pro peccatis nostris satisfaceret, vel in ipso peccata quomodounque punirentur. Dant ergò ad veram satisfactionem requiri, ut omne id, quod peccatis nostri meriti eramus, exsolveretur, & effectus istius solutionis in nos redundaret.

6. Minorem igitur ex textu probabimus, & à portionibus Photinianorum exceptionibus vindicabimus. Primum igitur membrum, quod innocentissimus fuerit patet ex v. 9. cum quo confer 1. Petr. 2, 22 Ebr. 7, 26. Nec Photiniani hoc negare possunt, vid. argumentum 9. *Osterodi de satisfact. contra Tradet.*

7. Alterum membrum v. 4. 6. & 10. evidenter patet, exceptiones Photinianorum nobiliores in ipsâ Analyse grammatica vidimus, dc. Matthæo in subsequentibus

bus agemus, ad reliquas verò à *Meisnero* p.m. in dec. 3. anthropol. Domino *Grauero* in de satisfactione & aliis responsum est, nos tantum *Crelij* exceptionem novam, quam pro significatione auferendi profert, videbimus.

8. Sic verò inquit: *Nam Christum iniquitatem multorum bajulatum commemoratur tanquam aliquid quod extitum sit post mortem I C. Et tanquam premium laboris quem is mortem subeundo pertulerit, quod profectò esse non potuit, puniri in ipso peccata nostra id enim neq; mortem consecutum esset, sed una cum ipsâ morte peractum esset, nec premium laboris dici posset, sed labor ipse.* Probat verò hæc ex v. 11. Verùm negamus portationem peccatorum, ut gloria consequens v. 11. adduci, nec ullam rationem istius, Crellius apposuit, vide h̄ic Analysis Grammaticam. Secundò hæc ipsa portatio ut gloriæ antecedens & medium introducitur. Siquidem non tantum ratio redditur, cur multis sui cognitione sit justificatus, scilicet quia portavit ipsorum peccata, sed & immediatè additur particula concludendi לְכָן propterea. Medium verò finem præcedere & Philosophi docent. Tertiò ita dicitur peccata tulisse, ut propter ea sit vulneratus, contritus ac percussus, quæ nemo sanus ad statum exaltationis reficeret.

9. *Tertium quod ex justâ Dei voluntate peccata in se receperit, patet ex v. 6. & 10. cum quo confer, Psal. 40, 9. 11. Heb. 10, 7 10. Joban. 3, 16. Rom. 8, 32. hinc ita.*

Quicunq; poenæ peccatorum gravissimas in innocentem planè conjicit, ita ut illi *detestabili mortis genere* (*verba hæc sunt ipsius Socini*) sit pereundum, ille utique iratus est & gravissimè succenset.

Deus

Deus in Christum peccatorum poenas conjectit,
&c. E.

Non verò succenset injustè, proinde ob delicta. Non autem propria, nulla enim habuit, E. ob nostra, quæ ei fuere imputata.

10. Sed excipit hīc *Socinus* in *Prælection.* cap. 21. in hebreo non esse, Dominus posuit in eum iniuitates nostras, sed *hipbiah* esse occurrit seu Deum per Christum, & cum Christo occurrisse iniuitati omnium hominum, id est, se se illi opposuisse, & ejus impetum quodammodo à nobis avertisse. Verūm quam ὡρεγχίν hoc modo passioni assereret Christi, quæ non & Prophetis attribui possit, & per hos enim Deus peccatis hominum occurrit. 2. in Hebr. est Hiphil, de cuius significatione rectè notat Ebræus. Cl. Erpenius in *Grammat.* lib. 2. pag. 105. quod verbo *Kal* addat causam, cuius virtute, impulsu, jussu & permissione fiat actio, undè absoluta in *Kal* bic fiant transitiva & transitiva semel, bic bis talia: Rarissimè absoluta significatio solum intendatur. Quæ igitur hic ratio militat, cur ab ordinario significandi modo discederemus, cum primis quia antecedentia & subsequentia nostram probent versionem. Versibus enim 4. & 5. antecedentibus, & vers. 7. subsequenti agitur disertè de passionibus Christo inflictis, E. & hoc comma de iisdem disertè ager. Adde quod 4. hic occursus attritione & afflictione passiva factus sit. Hic veròactus Patri & Filio communis non est, sed soli filio proprius, qui se peccato, ictus peccati in se suscipiendo, opposuit. Nec est ut excipias antecedere verba: *omnes nos tanquam oves erravimus*, sicq; rectè nunc dici, Deum in Christo occurrisse isti errori, quod ut verūm est, ita portando, ferendo, ab ovibus errorem tollendo & Christo impo-

K

nendo

nendo factum id esse Propheta testatur. Hinc Socinus ipse sic ~~προφετῶς~~ hæc convertit: *Deus fecit incurrire iniquitates nostras in filium, ut peccata, peccatorumq; pænas à nobis averteret.*

12. *Quartum membrum, quod propter peccata nostra sit contritus, à Deo percussus, patet ex v. 5, 7. & 8. cum quibus confer Rom. 4, 25, 1. Cor. 15, 3. Duo hic cap. 20. in prælect. excipit Socinus, quem sequitur Osterodus contra Tradel.* 1. quod præpositio (*propter*) in hoc loquendi genere notet tantum occasionem peccandi. 2. in hebræo hic esse **ἵνα** quod non causam finalem sed efficiēntem declaret, neq; exinde aliquem effectum peccata concernentem concludi posse.

13. Verūm 1. præpositio (*propter*) in hoc loquendi genere & perpeccationibus apposita semper designat causam meritoriam, *Deut. 18, 12. 2. Reg. 23, 26. Esa. 57, 17. Jer. 13, 22. Roman. 1, 24. Coloss. 3, 6.* & communis loquendi forma est, qua & Judæi, *Johan. 10, 32.* ob blasphemiam te lapidamus utuntur, *propter homicidium, adulterium, furtum &c: aliquem decollari, suspensi, &c.* id est decollationis, suspendii causam esse meritoriam furtum, &c. Sicque reverà mortis Christi causa meritoria fuere peccata.

14. Alterum quod attinet præpositio **ἵνα** & moventem & finalem causam sèpissimè includit, sic enim *Psal. 12, 6.* **הִנֵּה** *propter vastationem inopum* **הַקְרָבָה** *propter clamorem pauperum ego surgam*, id est, devastatio & clamor pauperum me movent ut surgam, & devestationi isti & clamori pauperum succurram, expende & *Psal. 68, 30. Proverb. 20, 4.* & alibi, secundo nobis hæc non obsunt, siquidem primò & directè nihil ex eo colligitur; quām pec-

peccata nostra efficientem mortis Christi causam fuisse, ultius tamen inde per legitimam consequentiam interferrit intentum effectum peccata nostra respicere. Non potest enim intelligi, velle Deum conterere Filium suum ob peccata nostra, neque tamen velle auferre peccata. Deinde ipse, nisi cum umbrâ suâ lugetur, concedit, mori propter peccata, includere aliquem effectum ipsa peccata respicientem, mox enim confessus est, mori propter peccata, esse causa vel occasione peccatorum mori, & esse ideo mori, ut quis à peccatis retraberetur, ut q̄d homini fides fieret, si à peccando cessaret, peccata sibi condonatum iri, ac ut condonationem banc reipsa consequeretur. Ad reliqua alii responderunt.

15. *Quintum membrum*, quod factus pro nobis sit victima patet ex vers. 10. & *Sextum* ex v. 5. expende Anal. Grammat. Nullus verò est Socinus noster, quando excipit מוסר non punitionem seu afflictionem significare, quod ex Psal. 73, 14. secundò ex oppositione probat. Verum mala mens, malus animus. Ut enim taceam, quæ Graverus jam diu respondit summam tamen Socini, qui alias lynceus esse vult, & supinam negligentiam fatis mirari nequeo. Psalmo enim dicto non habetur vocabulum misericordia sed חוכחתִּי quod est à יְבַחֵד & significat, arguit, verbis punivit sicque non opus est, ut multum de hoc verbo diverso laboremus, & quid secundò propter antithesin verbi pacis significatio punitionis non potest subsistere? Sive enim nomine pacis intelligis omnem felicitatem sive partium reconciliationem, utrobiisque tamen elegans inter Christi poenas & nostram pacem antithesis est.

16. *Septimum & ultimum membrum* patet ex vers. 5.

K 2

neq;

neq; h̄c habet quod exceperit *Socinus*, quām quōd dīcat, *Christi livore nobis medicatum fuisse eo sensū*, quo 2. *Corinth.* 8, 9. *Corintios Christi in opia fuisse ditatos*, id est, *Christi in opia interveniente factum esse*, ut *Corinti* bītati fuerint, & *Patrum Theologorum quidam dixerint*: *Filium Dei descendisse*, ut nos in cælum ascenderemus &c. certè postremum ut est sensu orthodoxo verissimum: ita *Christi in opia Corinthios non fuisse ditatos*, nec reverā per *Christi vulnera sanitatem nobis spiritualem esse restitutam*, nunquam evincet. Sed satis de his.

II. An Matthæus ad morbos accommodans
hoc Esaiae, quod de anima dictum, male
faciat, totumq; satisfactionis opus
enervet? R.

1. Duo evolvenda in hoc ζητήματι. Prius est, quā ratione Matthæus hoc adducat. Deinde annon Photinianorum inde confirmetur sententia. De priori verò plurimæ sententiæ, quibus recensendis tempus haud impendemus. Adeat Lector vel Harmoniam tantum *Micbaēlis Waltberi*, pag. 382. Nos sic putamus, Christum priùs de animæ quām corporis morbis fuisse sollicitum, quod patet ex eodem *Matthæo* cap. 9, 2. quem morem & Christum h̄c observasse, patet ex *Luc.* 4, 31. &c: quia igitur peccata abstulit, abstulit & hinc peccatorum effectum, in signum, quōd ipse fit iste Dominus, qui peccata hominum ferens, poenas peccatorum luat, & nostras infirmitates, quoad genus, ferat & auferat. Sicq; non ignoranter, ut *Erasmus*, nec coacte, ut *Porphyrius* contendebat, hæc sunt adducta.

2. Al-

2. Alterum quod concernit, contendunt quidem Photiniani Matthæum vaticinium Esaiæ accommodare ad morbos, quos Christus non suscepere, sed abstulerit, sicq; נָסַע fore non portare, sed auferre. Verum ex dictis patet, quod peccatorum in se derivationem presupponat. Et Osterod. p. 219. fatetur Esiam propriè de spiritualibus morbis loqui. 2 Si istam bajulationem tantum ad morborum ablationem referre velles & ipsis Photinianis & Stephano Actor. s. contravenires, qui de Christo resuscitato & paciente id explicant. Alias solutiones vide sis apud D. Franzium de h. l. Grauerum l. d. & alios.

III. An Christus pro omnibus & singulis satisficerit? R.

Varii sunt hīc Adversarii Calviniani, & multa verborum involucra quærunt, quò δόμοια μὲν λαλῶσιν, αὐόμοια δὲ Φεγνῶσιν. Ut enim quorundam non possumus non laudare ingenuitatem, sic alios & recentiores in primis Sophisticationis quis non condemnaret? Beza enim in Colloq. Mompelgard. p. m. 421. expressè inquit: certè nobis intolerabilis vox visa est, Christum esse mortuum pro damnatis. In resp. part. 2. ad acta p. 221. Iterum dico & coram tota Dei Ecclesiā profiteor, falsum, blasphemnum, impium esse dicere, Christum sive quoad Dei consilium sive quoad effectum, non minus pro dammandorū peccatis passum, crucifixum, mortuum esse & satisficisse, quam pro peccatis Petri, Pauli & omnium sanctorum. Huic Martyr in cap. 1. ad Rom. subscribit, inquiens, Deum statuisse, omnes calamitate liberare, ac per Christum beare, scriptura non docent: Quare non immerito dicimus ipsum decreuisse quosdam eximere. Nec dissen-

tit Piscator disput. de Prædestin. th. 119. Pro reprobis nullo modo mortuus est Christus, sive sufficienter dicas, sive efficaciter. Keckerm. lib. 3. cap. 4. can. 1. Sacerdotale officium pertinet ad solos, & in declaratione Canonis hujus: Officium Christi ad eos tantum pertinet, quæ sunt ad eternam salutem ordinati, quorum enim est finis eorum sunt & media.

3. Alii vero quia vident has Piscatoris, Bezae & aliorum phrases claris sic conceptas literis nimis esse duras & incommodes imprudentiusq; prolatas, patentibus ipsis Dordre-canis Patribus pag. 338. aliter rem aggrediuntur, Christumque pro omnibus satisfecisse dicunt sufficienter non vero efficaciter, sic Zanch. in Miscell. p. 332. Kimedont. lib 1. de redempt. cap. 11. pag. 63. Pareus part. 2. Catech. Ursini pag. 304. Bucanus in institut. loco 36. quæst. 28. Polanus in Syn>tag. lib. 6. c. 18. fol. 397. Perkins. de prædestinat. pag. 121. Chamerus tom. 3. panstrat. Cathol. lib. 9. Sibbrandus Lubbertus de Christo servatore contra Socinum lib. 1. cap. 2. pag. 23. Patres synodi Dordrecht, hinc inde, vide vel judicium Nassovi-enf. act. syn. pag. 630. th. 3. Sensu vero cum Beza planè conveniunt. Non enim sufficientiam nobiscum metiuntur ex parte Christi, qui quantum in ipso pro omnibus satisfecit, non tantum valore meriti sed & ex intentione & voluntate Patris & sua; verum tantum ex potentiali sufficientiâ, ita ut satisfacere potuisset, licet nunquam satisficerit, cum liberrimum Dei decretum aliud statuerit, quin querere an mors Christi sit sufficiens ad servandos omnes incredulos & impænitentes nihil aliud est, quam querere, ut sit sufficiens ad aliquid injusti impetrandum & ad faciendum aliquid quod Dei justitia adversetur, ita egregie Molinaeus, cui pro accuratissimo hoc iudicio, (verba hæc sunt PP. Dordrecanorum) & consensu indoctrina

Etrina gratias agendas statutum est, à P.P. Dordrecht. pag.
411. sc. II. 144.

4. Sic etiam Perkinsius de Prædest. pag. 20. Hujus pretij soluti virtus & efficacia tūm quoad meritum, tūm quoad operationem, infinita est. & tamen distingui debet. Est enim vel Potentialis vel Actualis. Efficacia potentialis est, qua λύτρον in se sufficiat pro redimendis singulorum absq; exceptione peccatis, etiam si essent mille mundi hominum. Verum si spectemus efficaciam illam actualem λύτρου illud quoad consilium Dei & quoad mentem pro electis tantum ac prædestinatis est solutum. Eadem habet l. d. pag. 70. ad criminacionem 4. §. secundò.

5. Ethic addimus recentiorem Chamierum. Hinc enim l. d. §. 2. Et si non omnibus profit: tamen prodeesse possit: nempè quia omnibus hominibus quantum eorum fuit, est, erit, salvandis, eamors sufficiens sit, si omnes essent salvandi. Et §. II. Pro omnibus hominibus potest significare, vel consilium patris, ex quo consilio Filius passus est: vel ipsius passionis affectum: quo utroq; sensu non sufficientia sed efficientia designetur. De secundo nullum est dubium: cum disertè effectus nominetur. In primo etiam consilium est patris. Atque id consilium, est voluntas patris ab aeterno decernentis, id est prædestinatio: est verò hac voluntas, non signis sed beneplaciti, ac proinde efficax. Si ergo factum est eo consilio, ut Christus pro omnibus moreretur: necesse est, eundem pro omnibus efficaciter mortuum & non tantum sufficienter, quod ipsum ille negat. Vide & Dordracenses act. syn. pag. 352. th. 8. Scharpius in cursu theologico p. m. 402.

9. Ex quibus satis patet, quod fucum tantum faciant. Siquidem I. talis satisfactio locum habet, ubi nullum est meritum, nulla satisfactio. Ratio est, quia omne

meritum

SL
UB

meritum importat satisfacientis intentionem & quantum in ipso applicationem. Quis enim diceret, Cæsarem omnes, quos captivos tenet Turca, redemisse, cum posset redimere pretio? 2. sic possem dicere Christum & pro diabolis nec non quovis mundo Utopico satisfacisse, quod absurdum.

7. II. Quia sic in Deo aliquid desideraretur quoad salutem hominum procurandam. Penes enim impios non stat, quod minus Christus pro eis satisfecerit, licet penes ipsos sit, quod minus efficacissimum Christi meritum ipsis actu applicari possit.

8. III. Quia ipsi Calviniani concedunt hanc distinctionem nihil esse. Beza enim Calvinianorum facile princeps hanc distinctionem duram, ambiguam, barbaram, (verba hæc ipsius Clamieri l. d.) asserit. Sic enim sentit cuius blasphema verba notanda sunt ex thesibus Genevensibus, in illa phrasí: Christus est mortuus pro omnibus hominibus sufficienter. sed non efficienter, anagogia esse videtur. Sive enim consilium Dei sive passionis effectum, sive utrumq[ue] spectaveris, pro impiis nullo modō est mortuus: (Erroris hoc accusat ipse Martinius in actis synodi Dordrecht, pag. 643. err. i. quod tamen & Piscator disp. de Predestin. th. 109. asserit) alias fatemur tantam esse oblationem ut potuerit pro infinitis mundis (si tot essent) satisfacere, neandum pro singulis hominibus, si Deus eorum voluisset misereri, & pro omnibus Filium misisset. Et in part. post. ad acta colloq. Mompelg. p. 217. distinctio illa inter sufficienter & insufficienter merata ergiversatio est: Piscator in 1. Tim. 2. p. 26. distinctio hæc habet speciem eruditionis sed reverâ incepta est, quia implicat contradictionem.

9. Et

9. Et quid multis concedit vel ipse Martinius in actis Synodi Dordrecbtanae pag. 640. non esse sufficiens, dicere Christum esse mortuum pro omnibus sufficienter sensu Calviniano. Sic enim: neque hic satis erit, talem sufficientiam redēptionis ponere, quae satis esse possit: Sed omnino talis est, que sit satis, & quam Deus & Christus satis esse voluerit. Nam alioqui mandatum & promissio Evangelica convellentur. Quomodo enim ex beneficio sufficiente quidem de mibi non destinato, per veram intentionem, deducetur necessitas credendi, quod illud ad me pertineat? Ubi diligenter nota 1. universalem Apostolorum prædicationem per Apostolos facilitatem nullo niti fundamento, si redēptionis actus tanquam commune beneficium omnibus hominibus impensum non supponatur, ut lineis præcedentibus locutus est Martinius 2. neminem posse certum esse, & sibi credendum fore, nisi certus sit & Christum se per veram intentionem redēmisse. Vide sedes ut fratres hi Cadmæi inter se pugnant, Contrarium enim in eadem synodo p. 407. §. Hujus. Pag. 618. §. Secundò, Pag. 629. thes. 2. & alibi hinc inde proponunt. Et tamen de doctrina Reformata ex hac orthodoxæ doctrine declaratione judicium fieri volunt p. 376. Adi & Pareum in Irenico p. 148. Tolle itur distinctio hæc sensu Calvinianorum intellecta, testibus Calvinianis ipsis, & verbi prædicationem & hominibus veram applicacionem.

10. IV. Hæc distinctio sensu Calviniano intellecta nostro loco planè contraria. Proinde contra eos sic argumentor (alia argumenta plura ex aliis diducta locis vide apud B. Meissnerum par. 2. anthropol.) Quicunq; errarunt sicut oves, illorum peccata omnia Deus in Christum

conjecit & pro iis Christus actu, quantum in se fuit, satisfecit.

Sed omnes omnino homines errarunt ut oves.

Ergo omnium omnino hominum peccata Deus in Christum conjecit & pro iis actu, quantum in ipso fuit satisfecit.

II. Majorem extra controversia limitem esse collatam puto. Vide v. 9. Quis enim assereret Christo aliquid imputatum esse mali, pro quo non actu ipso, quantum in ipso fuerit, satisfecerit? Minor verò ex v. 9. itidem clara. Manet ergo conclusio.

12. Excipiunt quidem Calviniani 1. *in genere* ad ea loca, ubi omnium fit mentio, quæque rectè à nostris urgentur, confer cum hoc nostro *Roman. 5, 18. 8. 31. Iohann. 1, 9. Luc. 2, 10. 1. Timothei. 2, 6* & in primis 2. *Corinti. 5. 14. 15. Epheesi. 1, 20. &c.* nomine omnium non omnes esse intelligendos homines, sed vel credentes & electos ad salutem, vel multos, vel conventum Ecclesiæ in cœlis conscriptæ. Piscator contra Schaffm: thes. 65. Polan. syntagm. lib. 6. c. 18. f. 398. Pareus in Hebr. 2, 9. *Gulden Kleinod* / p. 18. Verum, turpe in re ardua adeò fluctuare. 2. Turpius talia profere contra textum absque probatione. 3. Turpissimum Spiritui S. contradicere, omnis enim & non omnis hoc sensu contradictoria sunt. Unde 4. à clara litera absque evidenti ratione discedere, an Christiano dignum, judicit lector!

13. In specie quoad hunc locum nostrum excipit Polanus, quod tantum de fidibus agat, & probat hoc ex 1. *Petr. 2, 24. 25.* & *deinde*, quia *confessio precedens* non sit omnium hominum. 3. quia loquatur in præterito *erravimus*, tanquam de conversis jam ad pastorem animarum suarum.

14. Verum mōmēn̄ lógos mōn̄ dē ðm̄x̄lēp̄a. Petrus fideles asserit certasse, ut oves, E. in genere de omnibus hoc dicere nequit Esaias. Logici docent sub universaliter subsumi quarevis particularē, quod & Petrus facit, nec exinde universalitatem Esaiæ negat, nisi velis imperitè asserere Aristotlem, quando dicit, omnes homines esse rationales, non κατὰ πνεῦμα, sed κατὰ μέρος. hoc intelligere, quum alibi Philosophos rationales dicat. 2. Confessio præcedens non est populi, sed Prophetæ, populi pravitatem confitentis. Ut verò N. C. Danieli ait, peccavimus & iniquitatem fecimus, cap. 9, 5. Universus Israel transgressus est legem tuam, vers. ii. E. tantum fideles intelligit, cum dubio procul pauci id confessi fuerint; Sic & hic N. C. 3. Præteritum qui subvenire possit Polano, non video. Dicitur enim quis credidit auditui nostro, & tamen scriptores N. T. ad Christum hæc accommodant. Vide Joban. 12. Roman. 11. &c. Sed satis de his.

IV. Annon homo peccator laboriosis operibus veniam mereri & pro pœnâ æternâ faciasfacere possit?

R.

I. Pelagianam esse affirmativam quæstionis, nostro quo loco è diametro contrariam nemo, nisi qui hospes sit in antiqua historia, & scripture negabit, & ipse Tapetus insignis Theologus, dicente Bellarm. lib. 4. de pœn. c. 1. 17. §. docet guidem, confiteri cogitur. Tom. enim 1. artic. 1. pag. 5. non docemus, ait, quod contritione mereamur gratiam,

L 2

quia

quia potius hoc esset Pelagianum, dicente Apostolo Paulo, &c: pag. 163. Pelagianum est, quod ex nostris operibus possimus iustificari, reconciliari, in Dei gratiam reverti, vel à culpâ & pœnâ eternâ absolvî, licet turpissimè sibi in articul. 6. Lovaniensium explicat. contradicat, adeas vel Bellarm. l. d.

2. Attamen Maldonatus non insimæ apud Jcsuitas autoritatis vir *Tem. 2. disputat. de Sacramentis cap. 2.* (edit. Lugdun. anno 1614.) pag. 80. hoc expressè affirmat, peccatorem extra statum gratia constitutum suis operibus posse non tantum pro pœnâ temporali; sed etiam pro culpa & pœnâ eternâ satisfacere, ubi argumenta in contrarium prolata refutat. Et Bellarm. lib. 5. de justif. cap. 12. §. fuit opinio, ipse refutat sodalem, qui homini extra statum gratiæ meritum vitæ æternæ ascribat. Satis igitur impudentes sunt ex Papistis, qui scribunt, nunquam somniasse *Theologos*, pœnas eternas compensari posse nostris satisfactionibus, ut Bunderius in *Compend. tit. 16. artic. 7.* loquitur. Vide & *Cassandrum* in *consult. articul. 12. Reibing.* quum adhuc Jcsuita esset, in muris civitatis sanctæ, tanquam crimen falsi hoc objicientem, & Bellarm. lib. 4. de pœnit. cap. 1. §. jam igitur, protestantem *Theologos* communiter docere, satisfactionem Deo offerri tantum pro pœna non verò pro culpa, cui contradicit *Gregor. de Valent. comment. in Thom. tom. 2. disput. 6.*

3. Contra verò ipsum ita argumentor.

Quicunque sibi ipsi remissionem peccatorum acquirere possunt, pro ijs frustra Christus atteritur vulneratur, percussitur, moritur, sepelitur, & injustè ab alio requiritur satisfactione.

Sed

Sed homines sibiipsis remissionem peccatorum, &c.

Ergo pro hominibus frustra Christus atteritur, vulneratur, &c:

Majoris consequentiam probo ex Pauli concludendi modo ex Galat. 2. vers. ult. *Si per legem justitia Christus gratis mortuus est.* Eodem artificio & ego concludo: Si homo satisfacere potuit, Christus gratis satisfecit. Taceo quod Deus sic in justitiæ esset accusandus. Si enim Christus perfectè pro nobis nostrâque culpa satisfecit, iniquus est Deus, qui denuo solutionem à peccatore exigit. Nec est ut excipias, opera peccatorum esse satisfactoria, ex satisfactione Christi, qui nobis meruerit gratiam, unde satisfaciamus, Gerhardus Lorich ab Hanamar in vallo Religion. Catbol. lib. II. in medio ferè, Bellarmin. lib. I. de Purgat. cap. 14. d. §. Tertius tamen col. 621. Leonb. Lessius in consult. de Relig. pag. 19. Costerus in Enchir. cap. 7. Beccanus Theol. Schol. p. 3. cap. 14. cap. 14. quæst. 10. & 11. Et quæst. II. § 2. concl. prima, ubi ait: *Altera que per seipsam non extinguit debitum, sed meretur vel impetrat aliquid, per quod extinguitur debitum.* Talis est satisfactio Christi, &c.

4. Siquidem 1. scriptura hunc fructum passioni Christi nullibi ascribit. 2. maneret tamen, quod nos nostri essemus salvatores. Christi enim meritum mediataè influeret, proxima verò causa salutis nostræ maneremus nos ipsi. Ut verò rectè dico, homo se movet, licet hanc movendivim à Deo habet: sic simili ratione: homo se salvaret, licet hanc salvandi rationem à merito Christi acciperet. Et huc accommodandum, quod Bellarm. lib. I. de purgat. c. 14. §. Tertius tamen, scribit: *non quod immensatè ipsa ejus (Christi) satisfactio tollat pœnam temporalem*

lem nobis debitam, sed quod mediately eam tollat, quatenus vi-
delicet ab ea gratiam habemus. &c. 3. *Maldonatus* ipse l. d.
pag. 95. quinque recentes titulos, ob quos opera nostra
sint satisfactoria, qui omnem tamen ex ipsâ operum na-
turâ, non verò respectiva ratione meriti Christi sunt de-
sumpti, & *Tapperus* art. 6. pag. 158. scribit: *Thomas in 3.*
sent. dist. 1. videtur aperte docere, quod pro peccato mortali
Deo satisfacere possumus, etiam non presupposuitâ passione Chri-
sti, & *Capreolus*, *Johannes Driedo*, *Adamus Sasbont*, & alii,
quos vide apud *Valquitz* disput. 77. dispositiones, qui-
bus se præparari dicunt Pontificii ad primam gratiam
justificantem, ex merito & satisfactione Christi depende-
re negant, *Becan*, l. d. quest. 10. p. 144. & quest. 11. §. 3.
p. 147.

V. Annon homini relictâ culpâ remaneat
pœna luenda, pro qua ipsi satisfa-
ciendum? R.

1. Varii hîc sunt Papistæ. Quidam Christum tan-
tum pro *Originali* satisfecisse peccato quondam statuc-
runt, quorum sententiam approbat *Ambrosius Catbari-*
nus, de incruento sacrificio N. Testamenti, teste *D. Ger-*
bardo de Justif. § 54. pag. 1083. Alii Christum satisfecisse
pro pœnâ eternâ & culpa, sed non pro pœnis tempora-
libus, pro his enim nobis ipsis satisfaciendum esse affe-
runt, ita *Clingius* l. 4. LL. CC. cap. 38. *Peltanus de nostrâ sa-*
tisfactione sect. 10.

2. Moderni, licet concedant, vel certè concedere
videantur, Christum & pro culpâ & eternâ & temporali
satisfecisse, tamen docent communiter remissâ culpâ
rema-

remanere quoque (alii semper, alii nonnunquam remanere ajunt) poenam propriè sic dictam, pro quâ homini sit satisfaciendum, quod nisi faciat, in purgatorio tandem ei luendum esse. Sic docent Bellarmin. l. 4. de Pœnitent. cap. 2. col. 1190. Cotonus lib. 4. instit. cap. 3. & quidem posse satisfacere hominem ex condigno, ut ibidem Bellarmin. tom. 7. lib. 2. de Indulg. cap. 6. col. m. 492. Dominicus à Soto, & omnes Catholici, teste Bellarmin. l. d. docent.

3. Verum & hoc in Christi sufficientissimum pro nobis præstitum λύτρον contumeliosum est & falsum, quod sic probo:

Quorumcunque peccata, peccatorumq[ue] pœnas Christus in se suscepit εστι pro quibus perfectissime satisfecit, pro illis luendum aliis non erit.

Sed Christus peccata & peccatorum pœnas in se suscepit, εστι.
Ergo &c.

Majorem in aperto puto. Sensus enim communis ferre non potest ut gemina satisfactio pro eodem debito sit necessaria. Nam ubique duo sunt necessaria, ibi unum non satisfacit. Si debitorem suum quidem liberaret tantum ab ære alieno, non etiam vinculis, quis satisfecisse diceret?

4. Minor verò est in v. 4, 5, 6. &c.: Unde benè Procopius. ἀγδὴ μᾶς ἔδει παιδεῖομένας παθεῖν, οὐτα δὲ τὸν ἥλθεν πάθει τῆς πλευρᾶς τὸν θεὸν εἰρηνῆς, Παύλος λέγοντος, εἰρηνοποίουσας, Μαζὶ τῷ αἷματι τὸ σταυρόν αὐτὸς ἔπει τῷ θηρίῳ γῆς εἶπε τὰ σὺν γένεσιν, πάλιν. αὐτὸς γδὲ θεῖν ή εἰρήνην μῶν, οὐ ποιήσας τῷ αἷμα Φόρεδε εν. πάθει γδὲ μῶν τὸ πάθον, αὐτὸς μὴ τῇ πάθει λέθουσας τὰς μέρες πίνει δὲ μῶν ὀικοιμένων τῷ πάθῃ συμπαχόντων τε καὶ συαπαθευτικόν των, χάριτε δὲ σωζόμενών, πάς γδὲ μῶν ὁ φειλομόης ἐξε-

zioꝝ p̄āſtryas. Quæ enim, nos oportuit castigatos pati, eam il-
lum pro pace cum Deo facienda, Paulo teste, translata sunt:
quum ipsum per crucis suæ sanguinem, iis quæ in cælo, quæq; in
terrīs essent, pacem peperisse afferit, & alibi, quum pacem no-
stram, qui utraq; unum fecerit, esse affirmat. Pro nobis enim
passio fuit, ipso quidem reipsâ injurias subeunte: nobis autem
fide passiones eas nostras facientibus, & simul patientibus, mo-
rientibusq;, sed per gratiam servatis. Verba enim & ipse exsol-
vit, que nos debebamus, Hieronymus, quod enim nos pro no-
bris debebamus sceleribus sustinere, ille pro nobis passus est.
Vide & Cyrillum Glapbyr. de Noë & arca, Augustinum apud
Bedam in 3. ad Galat. Ad objectiones adversariorum in
conflictu respondebimus.

VI. An Israelitæ errarint putantes Christum à Deo percussum fuisse?

R.

Materialiter verissimum de Christo dixerunt, unde
ipse Propheta hoc concedi; & corrigit tantum, Formali-
ter verò quatenus putârunt, ob propria cum pati pecca-
ta, errârunt gravissimè.

SECTIO III.

De Exaltatione.

Agit de hac Propheta à v. 8. ad finem usq;.

ANALYSIS LOGICO-RHETORICA.

Describitur verò nobis *Exaltatio* instar motus. Hinc
ut in omni motu tria probè expendenda, nempè 1. Ter-
minus

minus à quo. 2. medium. 3. Finis, qui vel internus vel externus, sic eadem hīc consideranda veniunt.

Terminus à quo Christus liberatus, est duplex: *specialis* Carcer, quò per metonymiam angustia indicatur, *generalis* qui speciale declarat, judicium, cui consequens immediatum subjicitur, *vita perennitas*, usitata interrogatione vehementer neganti adornata v. 8.

Medium per quod Christo in gloriam suam fuit introcundum, est *mors & sepultura*, ut ipse testis est, *Luc 24 Mortis* indicatur *violentia*, quæ ex privatione boni oppositi amplificatur, *abreptus est ex terra viventium*, ubi circumstantia temporis adjicitur, quod tunc factum id fuerit, quum ob populi prævaricationem passus fuit.

Sepultura: erò codem, ubi denuò *falsa passionis Christi causa* (propria delicta) removetur, Christique summa innocentia in manibus & ore asseritur, & *vera* supponitur Domini voluntas.

Finis internus est gloria & majestas divina, quæ describitur 1. ex subditorum perennitate, qui μετωνυμῶς nomine seminis describuntur, præmissa caussâ, animæ in reatum (metonym. proin sacrificium pro reatu) expositione. 2. ex vita aeternitate. 3. operis divini successione, 4. ex propriâ fruitione & delectatione, quæ oculos satiabit, & omnium rerum copia abundabit. 5. ex aliorum salvificione, v. II.

Finis, liceat nobis his terminis uti, *externus*, est amplissima spoliorum distributio, cuius 1. notatur *Efficiens Deus*, 2. *objectum*, cui nempe Christo. 3. *materia*, bona spiritualia, quæ multis imò omnibus sufficerent, nisi gratiam hanc respuerent, 2. hostium tyrannorum, dia-

boli, qui per *antonomasiam* nomine robusti vetit, debelatio. 4. *causa materia.* 1. *mors* & quidem 2. *ignominiosa*, quæ synech. *consequentis* (inter improbos numeratus est) indicatur. 3. *intercessio pro delinquentibus.*

ANALYSIS GRAMMATICA.

cap. 53. 7. 8.

רַקֵּב וּמְפִשְׁט (מעץ Hieron. *De angustia* 5 de iudicio sublatuſ eſt. LXX. ἡ ταπεινώσεις ή κέισις αὐτού ἡ ἐθη, quod Hieron. in comm. sic exponit: *In humilitate judicium ejus ablatum eſt*, illud significat, quod de tribulatione atque iudicio ad patrem victor ascenderit. Hanc versionem suam fecit recitativè Spiritus S. *Actoř. 8, 33.* Discedunt quidem LXX. ab Hebraica non nihil veritate quoad verba, sed quoad sensum ferè conspirant. Nomine enim ταπεινώσεως crux & mors Christi significatur, quā externè ipsum humiliatum fuisse testis exceptione major Paulus eſt. *Philip. 2.* per iudicium *condemnatio* intelligitur, sicut *Joban. 3, 29* κέισις *condemnatio* eſt, ut sensus emergat, verūm per *humiliationem* *condemnatio* ejus nostri quam loco sustinuit, sublata fuit, ita ut nunc in libertatem assertus, atatem vivat. עץ verò ter in sacrâ occurrit, hic & *Pſal. 107, 39.* nec non *Proverb. 30, 16.* & est clauſtrum, עץ radix, significat conſtringere, detinere aliquid, carceri vel loco alicui includendo, hinc eſt עץ quod ornatè ponitur pro omni quod domi clauditur, sicut è converso עץ quod foris relinquitur. 2. *Reg. 14, 26. Deut. 32, 36.* 1. *Reg. 14, 10. Jerem. 36, 5.* sumitur verò עץ hoc loco metaphorice & notat non *limbum* *Patrum* commentitium, de quo Bellarmin. lib. 4. de Christo cap. 10. sed dolorcs infernales, qui Christum adeò conſtrinxerunt, adeò prævaluerunt;

valuerunt, ut ab omni constrictus parte cum ipsa desperatione pugnarit. מִשְׁפַּט vox πολύσημος hoc loco judicium, quæ significatio prima est, & quidem id notat, quod judex coram tribunali exercet & sententiam de reo pronunciat, לְקֹחַ est ex לְקָחַ quod est accipere, & 2. vi abripare, Genes. 34, 2. Job 5, 5. 2. Sam. 11, 4. Unde unà patet, quod deluvianorum peccatum fuerit, quando Spiritus S. ait; quod בְּחַרְוּ יְקַחְוּ לְהֵם נְשִׁים מִכֶּל אֲשֶׁר uxores ex omnibus, quas elegerint, nempe quod vi istas parentibus extorserint, unde cap. eodem 6. vers. 1. dicitur חַמְס חַמְס quod fuerit terra repleta rapinis, vide inferius. 3. pro ratione sensus in se includit abduco, transfero, do, pono, Psal. 68, 19. accepisti dona hominibus, id est, accepta dedisti, teste Paulo Epbes. 4, 8. vide & Gen. 14, 11, cap 24, 47. Proverb. 25, 22.

Sensus est: In summas quidem animi & corporis angustias redigetur, adeò ut constrictus ne quo se vertat, habeat; verum enim verò ex omnibus angustiis & coarctationibus poterit manu eripietur & in libertatem afferetur.

וְאַתְּ-זֹרוֹן מַי יִשְׁוֹחֵם Hieron. Generationem ejus quis enarrabit? LXX. eodem modo: οὐεῖντις διηγήσειαι; Chald. לאשתעה ופרישן ריהעברן לנא ביוםותי טן וכול & separata (mirabilia) que sicut nobis in diebus ejus quis poterit enarrare? Longius discedit à fonte. Hieron. bene. Triplic verò hujus loci explicatio. Quidam expoununt verba hæc de humana natura Christi, quod mirabiliter absque virili semine sit concepta, Atbanas. lib. de Incarnat. verbi. Justin. quest. 67. ad Orthodox. Tertull. contra jud. cap. 13. Nonnulli putant esse exclamationem, qua Esaias in homines istius ætatis invehatur, Marlorat. Cornel.

vel. à Lap. &c. quæ explicatio Grammaticæ analogiæ nimis iniqua. Patrum plurimi referunt ad Christi æternam generationem, quæ ἡγεμονίαν συνέχεται μὴ πάντα λογισμὸν Φιλοπάτων αὐθεόπων, ut loquitur Epiphanius: tom. I. lib. 3. hæret. 76. sic Augustin. homil. 36. tom. 10. col. 511. Idem tract. in Joban. 31. cap. 7. col. 251 tom. 9. Et tom. eodem, ad catechismum: lib. I. cap. 3. Galat. lib. 8. cap. 14. col. 469. Justinus contra Tryp. Et alij, atq; hinc est, quod varios Jesuitæ hujus dicti iensius literales putent. Salmero in prolegom. Bonferrarius in preloq. in totam S.S. cap. 20. sect. 5. fol. 78. Becanus parte secunda theol. schol. cap. 3. quæst. 5. p. m. 35. quibus id tantum respondeo, quod ipse Becanus notat, loco dicto §. 6. pag. 36. quem sis vide. Nos proprium sensum ex genuina vocum inquisitione venabimur. זרן enim notat propriè hominum sibi succendentium seriem seu ordinem graduum naturalis propagationis, ubi aliquid ex alio nascitur וְאֵת in morem sphære quasi redditur, seu זרן notat relationem cuiusq; hominis ad tempus potius quam ad originem, quo sensu & vox ψεᾶς occurrit, Matt. II. 16. Marc. 13. 30. Luc. I. 50. Unde Schind. in Lex. דור ordine, continuè & successivè, vivit. Exod. 3, 15. Et hoc memoriale τεῦμ in generationem וְgenerationem. Sic Psal. 102, 19. 22. 31. 24. 6. Errant enim haud leviter, qui certum temporis numerum hac voce significari putant, quos vel AbenEs ad cap. I. Joel. v. 3. refutat, quando ait: מזח הפסיק נשטע כי דור איננו מספר: ex hoc versu agnoscimus generationem non esse numerum certum. כי propriè interrogativum personæ, ut dicitur superius.

משמעותו מרבנן ut loquitur hic Kimchi, seu de conjugatione quadrata, qui confitit hoc cum illo

Psal.

Psal. 143, 5. & opera manuum tuarum meditabor. שִׁיחַת וְרֹא
 (undè hoc thema) Först. in lex. cum שָׁחַת natare, co-
 gnationē habere haud levem afferit, esseq; propriè ver-
 fari in materia spatiösā & ampla in mente & elocutione idg;
 secum vel cum alio. Hob. 12, 8. Psal. 119, 78. 145, 5. Prov. 6, 22.
 Psal. 69, 13. LXX. δινυεῖσθ, Suidas ab ἐξηγεῖσθαι subtiliter di-
 stinguit, & hanc vocem illis, qui ignaris leges exponebant,
 istam verò tribuit iis, qui imperitos jura patria aut alia do-
 cerent & querentibus, de quibus quisque dubitaret,
 responderent. Sensus ergo idem cum vers. 9. ut & ex
 seq: patebit commate, & optimè conferri poterit Sam-
 sonis historia, in cuius morte plures occubueré, quam
 in vitâ.

כִּי נָגֵן מִרְאֵץ חַיִם Hieron: quia abscissus est de-
 terrâ viventium LXX. οὐαίρηται δὲ τὸς γῆς οὐκέτι αὐτὸς quia
 tollitur de terrâ vita ejus. In Hebr. est non חַיִון vita ejus
 sed אֶרֶץ חַיִם terra vita, & est, quamvis excisus sit de terra
 viventium. Egregium de Christi morte violenta testi-
 monium. נָגֵן in Niphal sex & in Kal septem occurrit
 vicibus, significat scindere, abscindere, in frusta secare,
 & propriè de arborum, quæ diutius subsistere potui-
 sent, excisione dicitur, 2. Reg. 6, 4. Hinc, quia in judi-
 cio omnia priusquam sententia feratur particulatim ex-
 aminanda sunt (sic & Horat. lib. 10. Epist. 1. quo multa ma-
 gneq; secantur judice lites) vel quia lignum in sententiis
 criminalibus frangi solet, est deceini, ita ut revocari
 non possit. Prioris exempla vide 1. Reg. 3, 25. 2. Reg. 6, 4.
 Psal. 136, 13. Posterioris Estb. 2, 1. Job. 22, 28. E vita igitur
 abscondi est è medio tolli, excidi, Psal. 88, 6. Thren. 3, 54.
 notaturque Christi vivida etas, quod non fesso annis ex hac

luvie & arumnis vinculis corporis naturali dissolutione digrediendum, sed vi illata decedendum fuerit, non secūs ac si arbor antequam ad justam perueriat proceritatem, excidatur, Luc. 23, 39. Terra viventium, Raschi est terra Israelis, cum quo facit Targh. aliis, vita presens. Verūm vita vox bonitatem & beatitudinem cùm temporariam, tūm etiam æternam, Psal. 30, 6. Proverb. 4, 23. Psal. 42, 9. Psal. 16, 11, subinfert, hinc terra vitæ, in quâ vel benè vel piè, beateque vivitur. Psal. 27, 13. Esa. 38, 11. Psal. 116, 9. Sensus ergò est: Semper erunt, qui ipsum piè colent nec erit, qui vel accuratissimè meditando amplissimam bāc numerandimateriam assequi vel quarenti satis explicare possit, licet ipse instar arboris vita vivida vi ex terrâ eorum, qui vitam vivunt tam ante omnem quasi maturitatem excisus sit. Conjungo enim hoc comma cum præcedentæ & כִּי significare quamvis, pluribus ante nos probavit, Tarnov. in exercit. bibl. quem, si placet, adi.

(מְפַשֵּׁע עַמִּי נָגַע לִמְזֹן) Hieron: propter scelus populi mei percussi eum. LXX. δόπτη τῶν ἀνωμαλῶν τῷ λαῷ μῆδοι οἱ εἰς Γάγατον, ab iniuitatibus populi mei ductus est ad mortem. Hebr. ex prævaricatione populi mei plaga ei. De vocibus his superius actum. לִמְזֹן verò in singulati cum Luth. esse redendum nec ullum hic subesse depravationis monstrum, alibi contra Huntl. & Bonfrer. fusissimè probavimus; addimus igitur tantum ea, quæ Hieron. hīc notat. Propter (prius ejus membrum omittimus consultò,) magnitudinem peccatorum populi, quem semper peculiarem babuit ductus ad mortem est, ut illos ad vitam sua morte revocaret.

v.9. (נִוְתֵּן אֲתִירָשָׁעִים קְבָרוֹ) Hieron. & dabit improbos pro sepultura. LXX. ἀγέδω (Hebr. dabit, τὸς πονηρὸς αὐλὶ

וַיִּמְסֶר יְתֵת פְּשִׁיעָה לְגַהֲנָם Targh. tradet turbulentos in gehennam. Divortia sententiarum in explicandis scripturæ locis si ullibi dantur, certè hîc sunt, quâm plurima. Nos ut cornicum oculos haud expungimus, nec Lutheri versionem rejicimus: Sic nostram citra aliorum invidiam apponemus sententiam; meliorem monstranti facile assurrecturi. Statuimus verò ita à proprietate verborum non esse recedendum, nisi nos summa cogat necessitas: proindè hæc verba sic reddimus: *Et ponet iniquos* (seu iniquitatem, ut concretunt sit loco abstracti, vide Dan.9, 24 Hebr. 2, 16. Ep̄bes. 6, 12, &c.) *in sepulcrum suum*, & sic sensu nobilissimus sepulturæ Christi effectus, qui est peccata nostra, ne nos irrequietos faciant secum quin nos ipsos sepeliisse, ut in novitate vite ambulantes, Deo placeamus, Rom. 6. 4. Sensus hunc pium esse neminem pium negaturum, confido, demonstrandum verò erit analogiæ Grammaticæ cum haud repugnare. Omnia verò ut jacent, reddidi, (חַתָּן esse notam propriè accusativi nemo hebræorum negat, quam & cum hoc verbo vim retinere vel sequentia nos docent, Genes. 9, 3. 13. 15, 18. 7. 26, 4. 48, 4. 27, 37. 34, 16. 14. Ezod. 6, 4. 8 Leuit. 20, 6. 26, 19. 31. 7, 36. Num. 21, 35. 33. 53. Deut. 2, 24. 3, 2. 22, 16. 19, 8. 9, 6. 19, 1. 4, 38. 6, 23. 28, 12. Ezech. 33. 29. 39, 21. 6, 14. 7, 3. 8. 11, 9. 17. 15, 8. 30, 24. & plura alia) excepto, quod præpositionem In interposuerim, quam si demonstravero 1. per Ellipsin frequenter, quin 2. & in hoc strictè loquendi genere omitti, & 3. hic subaudiendam esse, viciisse me putavero. Istud demonstrant sequentia. Quod enim Gen. 18, 1. dicitur & ipsa sedebat פָּתָח id Genes. 38, 14. integrè dicitur, & ipsa sedebat בְּפָתָח in odio. Sic כָּל הַיּוֹם pro

pro בְּכֶל הַיּוֹם adi Drusium lib.2. de Mosche veccaleph & Kimchi Michlol fol.17, col.3. & Psal. 10, 4. Exod. 30, 34. Ita Proverb 8,22. Dominus possedit me רָאשֵׁית (in) principio vias suarum, sic enim exadissima cum Jobann. 1, 1. convenientia est, & probatur haec expositio ex seque textu. Illud demonstrant haec Ezech. 4, 3. dicitur וְאֶת אֹתָהּ קִיר בְּאֶל וְאֶת pone eam (in) parietem ferreum Pago. Jerem. 37, 4. וְאֶת pone ea in vas unum. Sic Jer. 37, 15. וְאֶת בְּכֶלֶי אֲחַת וְאֶת בְּכֶלֶי אֲחַת proinde retineremus interpretationem? 2. Sam. 20, 3. dicitur וְיִתְנַחַם בֵּית מִשְׁמָרָת וְיִתְנַחַם posuit illas (in) domum custodiae, quod Jerem. 52, 11. integrè occurrit וְיִתְנַחַם וְיִתְנַחַם posuit illum in domum custodiae. Sic Jerem. 1, 16 2, 16. &c. Hoc vero probat comma subsequens, quod ab eodem verbo eadem constructionis forma manente dependet, & בְּ præfixum habet, cui consonat Chald. paraphrasis reddens לְגַהְנָם in gehennam, ubi itidem particula הַ interseritur. Vides igitur quod אֲתָה nota Accusativi mandere debeat, quod & Chaldaeus advertit, quando per יְהָה notam Accusativi Chaldaicam id expressit, & sic à nulla receditur litera, quod in reliquis, quas vidimus, explicationibus, multis faciendum, quibus denique ne vel minima, meo quidem judicio, dubitandi remaneat causa, adjicimus, quod interdum ex altero membro in alterum בְּ repetendum siet, Exod. 6, 3. Joban. 12, 12. Esa. 48, 14. Jerem. 27, 18. &c. רשעים vero est

est à רְשָׁעַ quod propriè significat *irrequietum esse*, sen-
perq; dicente Forst. est culpa, hinc quia improbi vel co-
pore vel animo quiescere nequeunt, sed vel malis animi
perturbationibus assidue ad malum peragendum mo-
ventur, ut *Proverb. 4. 4. 5.* pulchrè nobis describuntur,
רשׁע est improbum est, quod vel ex *Esa. 57. 20.* pater con-
tra non neminem clarissimè. *AbenEsi in Psal. 1. 1.* improbi
sunt, qui non permanent בְּתִחְכָּנָת אֶחָת in eadem consti-
tutione, laudante Buxt. R. Levi definit improbitatem,
quòd sit declinatio ab eo quod decet *E* justum est, sic enim ait:
הַלְשׁוֹן הָוֹא חַנְפּוּיָה כְּרָבֵר דָּרָאוּי

) יְאֵה יְעָשֵׂיר בְּמָזְכֵיו Hieron. & *divitem pro morte sua*.
LXX. οὐ τὸς πλεόνας αὐτὸν τῷ ἀνάρτῳ. Hic de industria, inquit
Merc. in Lex. Pagn. omisimus locum *Esa. 53. 9.* ubi passio Christi
describitur, quod hic nibil sani sentiant Hebrei, in tantis my-
steriis cœcutientes; verilsimè, nihil igitur ex iis adduce-
mus, sed nec Papistas hic χειρος suas αἰνίδες abstinent, qui
putant hunc locum esse corruptum, quos refutavit Clar.
Classius in Phil. sacrà parte 1. quòd lectori remitto. De
sensu verò & vera horum verborum interpretatione di-
versissimæ planè sunt opiniones, nos Beati nostri Luthe-
ri versionem ut non rejicimus, sic & nostram appone-
mus, doctioribus & piis, à quibus hic discedimus, facile
cessuri, si meliora docuerint. Ex antecedente verò.
commate ubi analogia grammatica fusè demonstrata
est, hic locus fit clarissimus, sic cum redbo: & posuit.
(scu fecit, quod δύο κοινῶς repetendum est) *divitem in mer- tibus suis*, id est, divitias longè maximas morte suâ nobis,
acquisivit, & ita à nulla litera fit secessio, sed omnia sim-
pliciter, ut jacent, intelliguntur;

N

Sen

Sensus P.A.
rapbrast.

Sensus ergò est: *Christus non solum peccata nostra in sepulcrum suum abdidit, ne nos irrequietos facerent & ad mala plura instigarent (sic usus sepulturæ Christi ἔγειρικῶς describitur,) sed & summas animæ & corporis divitias exquisitiissimis suis infernalibus doloribus (sic enim vox Mortis sumitur, Genes. 2, 17. Exod. 10, 17. 2, Reg. 4, 40. Psal. 18, 6.) nobis acquisivit & distribuit (sic usus passionis Ἰησοῦς depingitur.)*

(על לא חטא עשה) Hieron eò quòd iniquitatem non fecerit, eodem modo LXX. ὅτι αὐτοὶ μίας οὐχ ἐπινόσειν, ספְּנַת injuria propriè violenta & aperta, differt a גזל quod hoc rapinam rerum; istud verò quamvis rapinam & propriè quidem vehementiorem, quæ interdum cum sanguinis profusione conjuncta est, Gen. 6, 11. Psal. 7, 17. Joel. 3, 19. Amos 1, 11. 3, 10. significet.

רולא מִרְמָה בְּזִין Hieron: nego dolum fuit in ore ejus. LXX. eodem modo. Targb. hoc & præcedens ad subditos Messiae accommodat contra intentionem Spiritus S. Raschi exponit de בְּלֹהֶה τὸ de cultu externo idolatrieo: Verùm hac phrasí propriè sinceritas & candor animi indicatur, vide Joban. 1, 47. 1. Petr. 2, 22. Contra Elymas dicitur plenus omni dolo, Act. 13, 10. Est verò מִרְמָה à רְמָחֵת quod cum רְמָחֵת conferens Försterus, ait, propriè esse elevando præcipitavit, seu in Kal est ejaculari, in Piel eludere, quasi aliquem fallacis arcus more elevare & exterrere sua aut spē. Sensus ergò: Christus ab omni parte innocens fuit siquidem non solum nemini vim aliquam externam & apertam intulit, sed & à moribus ejus fraus & dolus exularunt longissimè animo ejus nibil fucatum ac quasi calamistris innatum fuit.

וְיַהֲוֵה

N₂

Сор-

Consule de regula hac Cl. Dn. Trost. in Gramm. Hebr. & Rudimenta Arabica Erpenij p. 181. Est ergo: Dominus voluit conterere eum morbis affiendo, sic non est, ut cum interpretibus ab ullâ vocis analogia Grammatica recedas.

gas. **תְּשִׁים נָשָׁם בַּפְּשָׁׂו**) Hieron. Si posuerit pro peccato animam suam. LXX. ἐὰν δῶπος τῷ οὐαὶνας τὴν ψυχὴν ὑμῶν si dederitis pro peccato animam vestram, male. In Hebreo enim neque pluralis date nec pronomen vestrum. Optimè Eutberius. Wenn Er sein Leben zum Schuldopffer gegeben hat/et. Hebr. Si posuerit se anima ejus sacrificium. **תְּשִׁים** est ex **שׂוֹן** quod significat ponere arce, cura & ordine. Peculiariter verò de membrorum corporis vel animæ positione ad singularem observationem vel in periculum vel in mortem usurpatur. Psal. 50, 23 Habac. 1, 12 1. Sam. 8, 12 Gen. 24, 2. 1. Sam. 28, 21. **אֶשְׁמָה** est delictum & oblatio pro delicto & quidem graviori. Lev. 5, 16. 7, 1 2. 6, 17 Num. 5. 7. **עֲשֵׂנ** radix est delinquere, peccare, desolare, sunt qui exponant, ob culpam aut pænam afflari, ac cum statu quodam abominationis esse & horrori, quod cum **נָשָׁם** affinitatem habere videatur : Adcas Merc. in lex. Pagn. & expende Hos. 5. 15. 10, 2. Jerem. 2, 3. Esa. 24, 6.

(יראה זרע יאריך ימים) Hieron. videbit semen longatum. LXX. eodem modo. ὅψελαυτέρημα μακρόβιον Lutb. felicius. So wird er Samen haben/und in die lange leben. Targh. hoc exponit de felicitate Messiae subditorum. Sic enim ait: videbunt regnum Messiae sui, multiplicabunt filios & filias, prolongabuntur dies. Hebr. videbit semen, prolongabit die. Videbit semen per Ellipsin justum vel multum

tum aut potius קְרֵדֶשׁ *Sanctum*, ut habetur integrè *Ez. 6, 13.*
 Recitè enim Rabbi. וּבָנָן דָּרְךָ הַמִּקְרָא בְּהַרְבָּה־צְקוֹופָת Sic est mos scripture multis in locis, deficiens autem subintelligitur juxta sensum, *1. Sam. 1, 1.* Semen hominum scil. ut זְכָרִים *Kimchi* supplet seu צְדִיקִים aut ut הַכְּכִים *R. Salom.* vide & *1. Reg. 22. Proverb. 18, 22. 1. Sam. 2 33.* Allusit verò hūc Christus, *Job. 12, 25.* Si granum frumenti mortuum fuerit multis fructus afficeret. Videre semen, Metaphoricè dicitur, quod Targh. recitè exposuit, quoad ipsam Phrasin, & est posteritatem sibi moriendo comparare ac propagare, nempe veram ac perpetuam Ecclesiam, que est spirituale semen Christi. Vide p. 1. *Clavis Flac.* in voce semen. Prolongabit dies *Kimchi* hīc

במו סאמ בספר חזח כימי העז יכי האשר זכריו
 הנביא ואיש משענתו בידו טרוב ימים

id est sicut libros altos inveni: in libro hoc, sicut dies ligni istius dies populi mei, quod Zacharias Prophetæ, quisque babeat scipionem in manu sua præ multitudine dierum. Prior locus, cum quo hunc nostrum confert, est *Esa. 65, 22.* ubi dies ligni, sunt vel ligni vite, & notantur homines quorum vita non brevibus inclusa est spatiis, sed qui vel illud *Sybilla apud Poëtam* de se usurparent;

— — — jam mibi secula septem
 Acta vides, superest numeros ut pulveris aequem
 Ter centum messes, ter centum musta videre:

vel certè sunt dies ligni, quod plantatum est ad decursus aquarum, *Psal. 1.* & est in summis vivere deliciis & in

omnibus negotiis suis fœcundissima uti fortuna. Posterior locus, quem adducit, est Zach. 8, 6. Est ergo prolongare dies hoc loco nunquam non felicissimè vivere, & consentit Daniel. cap. 9. v. 26. Excindetur Messias רְאֵין וְאַיִן & non ei scil. כְּרָת exciso. Particula enim יְנֵה negat rem non actionem & ellipsin nominis inducit, Exod. 22, 3. ut notant Hebreorum clarissimi.

Sensus est: Verum postquam se pro delictis gravissimis, que ab omnibus afflato dignissima habentur in sacrificium Deo patri gratissimum obulerit, summa suavitate posteritatem sanctam ac justam, que ipsum perpetuo celebratura est, aspiciet & diutissimè vel in eternitatem non secus ac si de arbore vita comedisset, vivet, & instar arboris ad decursum aquarum plantatae perpetuo vigebit.

(וְחַפֵּץ יְהוָה בְּיוֹד יִצְלָח Hieron. & voluntas Domini in manu ejus dirigeatur. LXX. hic non integrè, sic enim: οὐ βλέπει κανένας τὸν χρεόν αὐτῷ & vult Dominus in manu ejus. Hebr. & beneplacitum Domini per manum ejus prosperabitur. יְהִי Sæpè notat ministerium. Num. 33. l. 36, 13. Esd. 3, 10. > verò generaliter est perrumpere, pertransire, valde & sine impedimento vim suam exerere & nunquam ferè non in bonam sumit ut partem. Peculiariter in Kal cum Spiritui tribuitur, significat Spiritus motum præclarum quo viretus se se statim exerit heroica, omnia perrumpens & vincens, ut in Samsoni Jud. 14. 7. Samle 1. Sam. 11. Davide 1. Samuel. 16, 13. videre est. Confer & Amos 5. 6. Ps 45, 6. 2. Sam. 19. 18. Sensus ergo: Benevolia Dei voluntas per ipsum adeò feliciter, efficietur, ut ipsi nec Diabolus, nec mundus, nec aliud quidvis impedimento esse possit, quo minus fractis qui-

Sensus Para-
pbraſt.

Sensus Para-
pbraſticus.

*bus vis repagulis perrumpat suosq; in libertatem afferat perpe-
tuam.*

סְעִמֵּל נַפְשׁוֹ וַיַּרְאָה יְשֻׁבָּע (Hieron. pro eo quod laborabit anima ejus videbit et saturabitur. Chald. ut solet ad subditos haec accommodat, sic enim ait: מְשֻׁבָּד עַמְּמִינָה: וַיַּשְׁזַׁיב נֶפֶשׁ חָנוּן יְחִזּוֹן כְּפֹרְעָנִיָּה סְנָאִיהָן יַסְבָּעָן מְבוֹת מְלָבִיהָן à servitute populum liberabit animas eorum, videbunt vindictam de inimicis suis, saturabuntur de preda regum eorum. Hebr. est: ex labore anima sua videbit, saturabitur. Duplex hic Ellipsis. I. ad ראה videbit, subaudiendum, sicut integrè haec phrasis occurrit, Jerem. 29, 32. Confer Psal. 106, 5. 128, 5. Eccles 2, 1. Ita Kimchi hic explicat; ראה טוב; Rasche: היה ואכל ושב ולא היה גוז. וחומס erit edens et saturabitur, et non erit abripiens et deprendans. Ipsum vero ראה constructum cum ב significat optata videre cum magna animi voluptate et singulari quadam oblatione. Cant. 6. 11. 1. Sam. 6, 20. Abac 1, 5. Prov. 29, 15. Eccles. 11, 4. Psal. 54, 9. II. Est asyndeton, videbit, saturabitur pro, et saturabitur, quæ figura hic sua non caret emphasi, solent enim eam ad commotiores & celeriores animi affectus indicandos adhibere, considera saltem, Exod. 15, 9. 1. Sam. 15, 6. Jud. 5, 27. 1. Cor. 13, 4 1. Thess. 5, 14. & ita erit, quod statim, largissime omnibus bonis sit circumfundendus. Ceterum עמל notat laborem seu dolorem molestum animi & corporis, & propriè anxiū illum laborem, qui homini ob transgressionem in horto Eden est impositus, cognitionem enim habet cum טעל prævaricatus est. vide Psal. 90, 10. שבע peculiari modo & stylo scripturæ sumitur pro gaudio divino & potissimum in vita æterna abunde perfaci. Psal. 16, 11. 17, 15. 22, 27, 65, 5. 91, 16.

Sec.

Sensus est: *Laborandum quidem erit animae ejus ob proximam Adami transgressionem: verum tamen eripe us singulari delectatione & suavitate, bona inuenietur iisdem sine cædio abundè in vita eterna perfruetur.*

(ברעהו יצרייך צביך עברוי לרבים: Hieron. in scientia sua justificabit ipse justus servus multos. LXX. δικαιῶσαι δίκαιον ἐγλένοντα πόλεος justificare justum bene serientem multis, ambiguè, illud enim justum bene servientem est vel justificans, sicque dicendum fuisset πόλες, vel justificatus, & sic contra veritatem, Hebraicam. Bene Hebræ expressit cum Luthero Pagninus. In scientia sui justificabit justus servus meus multis. Passim & de fide salvifica hæc esse legenda, docet analogia scripturæ. Joban 17, 3. Luc. 1, 17. 1. Joban. 4, 12. Je' em: 9, 33. Roman. 3, 26. Nec repugnat 2. indeoles lingue, siquidem ut notat R. David Kimchi super verba Esa. 21. כל אנהחה: רל מה טהני פאנחיןס מפחרה כי הכנויים בשמורץ יפלו על הפעול ועל

vult dicere quo ingemiscunt præ timore ejus, quia affixa in nominibus cadunt tam supra activam quam super passivam significationem, & Exempla habentur Eccles. 9, 6. etiam amor eorum, id est, quo amantur, Jerem. 51, 35. injuria mea, quæ fit mihi, Hagg. 3, 19. Gen. 50, 43. Hunc sensum nostrum genuinum esse docent Pagn. cuius versionem vidimus. Cornel. à Lap. Vatablus. Sanchez, quibus addimus Kimchium, hic enim sic ait.

יפירוש ברעהו: כפו שכח ב כי מלאך הארץ

רעה את ת: וכתיב כי בילם ירעו אותו זהןך.

עברית ישראל שהוה צרייך וירדע את רה

Id est, explicatio in scientia sui: quemadmodum scriptum est

est; quoniam repleta est terra scientia Ieboveh (Esa. II, 9.)
Et scriptum: quoniam universitas eorum cognoscet me. Et ecce servus meus Israël, qui fuit justus et cognoscens Dominum.
Justificabit igitur per fidem multos, id est, efficiet ut acceptentur a Deo pro justis. Hoc enim manifestè indicat,
commassequens, iniqüitates eorum portabit, quod modum justificandi indicat.

(וְעַוְנָתֶם הֵוָא יִסְבֵּל) Hieron. Et iniqüitates eorum portabit. LXX. eodem modo. Optimè, Luth. Denn Er trägt ihre Sünde. Ratio enim hīc continetur, qui cognitione sui multos possit justificare. Vau verò significare. Nam etenim, notiù s est, quām ut probem. Vocabula hæc omnia superiùs explicavimus, Targh. hīc. nam pro delictis eorum orabit Kimch. adducimus, qui sic:

הֵוָא בְּצֹרְקָתוֹ יִסְבֹּל עֲוֹנָתֶם הֵגְיוִי כִּי בְּצֹרְקָתוֹ.
יְהִי שֶׁלֹּם וְטוֹב בְּעוֹלָם אֲפִילּוּ לְגֹזִיבָה.

ipse in iustitia sua bajulabit iniqüitates gentium, quoniam propter iustitiam ejus erit pax et bonum dominantibus eis, etiam se gentes fuerint, quod propter Phorinianos glossematis Rabb. haud raro utentes, adducere voluimus, ut videant ob Christi iustitiam pacem nobis contigisse, licet hoc Rabb. haud attenderint.

(לְכָן אַחֲלָקָדְלוֹ) Hieron. ideo dispertiam ei plurimos. LXX. Μαὶ τὸν ἀντὸν ἀληγονούσα πόλις ideo ipse possidebit multos. Targh. ipse dividet sibi prædam multorum. Hebr. properea distribuam illi in multos. Ellipticum genus, quod Luth. supplet, quando ait, Darumb wil ich ihm grosse Menge zur Beute geben; Rashi bteu R. Salomon נחרחה וגורל ברבים עם האכיה בראשונים sic explicat: לְוֹ

דְּלַק תַּדְּלֵק distribuam illi possessionem & sortes in multos cum patribus antiquis. Sensus horum verborū simplicissimus, tū pro ל dicamus positū, in pro ad vel inter super, quemadmodum Psal. 18, 50. Lev. 16, 22. Hos. 12, 6 Gen 11 4. & hūc, ut hæc cominodè intelligas, confer Psal 68, 19. Ephes. 4. 8. Sensus ergo est: Merito ille tot tantaq; bona consecutus est & à me Deo Patre pro hominibus & que in illos conferat jure optimo accepit, ut in multos illa sufficiant imò omnibus satis essent, si modo non renuerent accipere, vid. Tarn. in h. l.

וְאַתָּ עֲצֹמִים יַחֲלֵק שֶׁלֶת) Hieron. & fortium dividet spolia, eodem modo LXX. Luth. recte: Und Ersol die Starcken zum Raubehaben. Hebraicè: & robustos dispertietur predam, Robustos videlicet Disbolum, mortem, infernum, peccatum, 1 Cor. 15, 24 25. 26 54 Col. 2. Est vero רְלָק dispertiri tam in partes quam in ordines, classes, officia, & vices, 2 Paral. 23 18. Jos 18 2.22, 8 Prov. 17 2. de hereditaria distributione, Num 26 55. Esa. 9.3. Juds. 5.30. Psal 68, 13 de divisione spoliorum.

חַחַת אֲשֶׁר הָעֵרָה לְמוֹת נֶפֶשׁוֹ) Hieron. pro eo quod tradidit in mortem animam suam. LXX. αἴθιψη παρεδόθη εἰς θάνατον ψυχήν προ. eo. quod tradita est anima ejus in mortem. Targh. רַמְסֵר לְמִתְחָבֵב שְׂמָךְ eo quod tradidit morti animam suam, quod Hebræo, cum quo fonte & Luth. facit, planè responderet. הָעֵרָה vero Rashi & Kimchi explicant per שְׂפָךְ. Sic enim hic: שְׂפָךְ נֶפֶשׁוֹ לְמֹתָתָן וּכְנַזְעֵר כְּהַת effudit animam suam in mortem: & sic effudit hydram suam, Gen. 24 20, unde apparet, quod effundere animam suam in mortem, indicet 1. voluntariam passionem, ubi vita instar aquæ effunditur. 2. passionis & mortis veritatem & copiam, quod ita omnes suas vires quin ipsam tandem animam effuderit, ut ne vestigium quoddam vitae

& vi-

& vitalis Spiritus remanserit. Confer & *Psal. 141. 8.* Complementum habes, *Job. 10. Marc. 5. Matth. 27.* שֶׁנַּה est anima & in lingua; *Arabica, Syra, nec non Hebreia quandoq; est datus ipse 1. Cor. 14. 28. Jer. 51. 14.* Est ergo tradere animam, scilicet ipsum morti exponere, vide quæst. c. i. in fine.

רֹאשׁ־בְּשָׁעִים נְמֻנָּה Hieron. Et cum sceleratis reputatus est. LXX. καὶ τοῖς ἀνόμοις ἐλογίζεται inter improbos numeratus est. Luth. **Den Übelthätern gleich gerechnet ist.** Hebr. & cum prævaricatoribus numeratus est. **רָאשׁ** significare quandoq; cum alibi probatum dedimus. Emphasim **עֲשָׂה** superius vidimus. **נְמֻנָּה** est ex **טָנָה** numeravit, non nulli putant hac radice eam Arithmetices partem significari, quæ *Subtractio* dicitur, (vide 1. Reg. 8. 5. 2. Paral. 5, 6.) sicq; non tantum indicaretur, quod prævaricatoribus annumeratus sit, *Marc. 15. Luc. 22.* sed & quod prævaricatores ipsi fuerint prælati, quod de Barrabam verum est.

וְהָוָא חַטָּא רַבִּים נְשָׁנָה Hieron. Et ipse peccata multorum tulit, Sic LXX. & Luth. Targh. iterum: Et ipse pro peccatis multorum orabit. Kimchi hic cæcudit, nolo adducere. **נְשָׁנָה** vero est ex **חַטָּא** est propriè defletere, aberrare à scopo, in quem collimare debes, quæ significatio clarissimè probatur ex *Jud. 20. 16.* hinc est **חַטָּא**, quod peccatum, delictum, culpam plerumque ingentem significat *Deut. 24. 16. 23. 22. Ezech. 23. 49.* **רַבִּים** multorum, id est, Electorum, ait Musculus hinc. Verum pronobis hinc *Calvinus* respondeat, sic enim ait h. l. *Qui vertunt multos Prophetæ mentem pervertunt.* Et polcea probat Multos pro omnibus collocari ex *Rom. 5. 19.* quod contra discipulos Calvini magistrum hinc deterentes notamus. Et multos hinc esse omnes ex v. 9. apparat. Cetera superius vide.

וְרַפֵּשִׁיעִים יָפְגִיעַ Hieron. Ἐ pro transgressoribus ro-
gavit. LXX Καὶ οὐαρίας αὐτῶν παρεδόθη Ἐ propter pec-
cata eorum traditus est. Targh. orationis ponit fructum, quan-
do sic reddit: מְרוֹדִיא יְשַׁתְּבַק בְּדִילְיוֹת rebellantibus
remitetur propter eum. Hebr. est Ἐ pro defectoribus inter-
cessit, quod in ara crucis peractum esse memorant Evan-
gelistæ, & adhuc postquam ex mortis violentia creptus
est ad dextram Dei considens pro nobis orat Rom. 8. sc-
cūs ac Apostata, Pistorius in hodoget. p. 271. qui exinde nos
idololatrias accusat & Salmero in disp. in 1. Timoth. im-
puidentes nebulones (ipse impudentissimus) vocans nos,
qui Christo ad dextram exaltato nomen Advocati & in-
tercessoris tribuat, & alii statuunt. Voces superius vi-
dimus.

APHORISMI PRACTICI.

1. Deus suos tandem liberat, nemo ergo sub onere calamita-
tum desperet. De Christo hic audimus, quod tandem ex
summa ista miseriâ sit manu potentissimâ creptus. Ne du-
bites ergo anima pia, & te creptum iri, Deo si confisa
fucris &c.

2. Christus revera resurrexit. Ergo & nos quondam
resurgemus. Christus siquidem exemplum fidei nobis
præstítit, ut hoc sperent membra in se quod præcessit in capite,
ait August. serm. 143. de Tempore. Hac resurrectione, se eri-
gebat Job. c. 19, 25. Christus ipse alibi: Υπέρ εγώ Εγώ νοσού-
μενος, dux resurrectionis à Justin. Mart. Clavis sepulchrorum
nostrorum Ἐ pignus nostræ resurrectionis, à Tertull. fidejussor
communis resurrectionis, à Theodoreto.

3. Chri-

3. *Christus verè mortuus.* Dicitur enim abscissus è terra viventium, &c.

4. *Christus nostram impietatem in sepulchrum suum sepelivit,* ex v.9. Schola stici triplicem sepulturæ Christi fecere effectum. 1. Est veri probatio. 2. Speci collatio. 3. Exempli imitatio. Fuit enim 1. sepultus, ut nemo de morte & perfectâ satisfactione peccatorumque sublatione ambigere posset. *Sepultus fuit* 2. ut contactu sanctissimi corporis sui sepulchra nostra sanctificaret. Sunt enim alias plena ossibus Matth. 23, 27. in quibus putredo & vermes habitant. Sed hoc soletur nos, quod Christus ea purgârit, & ex sepulchro mortuorum fecerit domū viventium, instar veri Elisei 2 Reg. 13, 21. Exempli imitatio, 3. notat Spiritualem nostram cum Christo sepulturam, Rom. 6. 4. Benè Augst. *Sepultus est*, ut nos sibi vitiis & concupiscentiis sepeliret, serm. 181. de Temp. pulcrè Origenes in c. 6. Rom. *Mori prius oportet peccato*, ut possis sepeliri cum Christo. *Mortuo enim debetur sepultura.* Si enim vivis adhuc peccato, consepeliri non potes Christo, nec in novo ejus sepulchro collocari, quia *vetusti-
bi homo vivit & non potes in novitate vita ambulare.*

5. *Omnes Christiani divitiae in morte Christi sunt repositæ.* Ex eodem versu. *Armarium est mors Christi*, ex quotela contra quosvis adversantes depromimus: *Fons vitae est*, ex quo aquam solatii plenis haurimus manibus. Affligit te igitur conscientia ob peccata, terret mors, minatur infernus, insultat Diabolus & te deperditum & damnatum clamat; oppone ei mortem Christi, quam perpessus est, ut tu viveres. Animam suam pro te posuit Job. 10, 11. Conclusus es in ergastulum quoddam anxietatis: *Christus mortuus est*, ut resurgens januas clausas transiret, & Apostolis misericordia succurreret, &c.

6. Christi innocentia in dictis & factis, nostra expiavit in verbo & opere peccata: Decies ab amicis & inimicis, observante Dn. Förster, in passione Christo datum. legimus testimonium innocentiae & hic Esaias idem testatur, ne dubitaremus, quin perfectissime simus liberati, quum innocens pro nocente sit passus. Talem enim pontificem nos oportebat habere, &c: Hebr: 7, 27. 26. Digne, ait Augustinus, delivit aliena peccata qui non habuit propria.

2. Pii sunt semen Dei, ex vers. 10. Et 1. respectu originis 1. Petr. 1, 23. Johan. 12, 24. 2. respectu progressus; ut enim indies frumentum magis magisque seminis formam induit; sic & nos virtutes spiritualis vitis nostrae Job. 15, 2. imitari debemus, donec tandem adolescamus in virum perfectum Ephes. 4, 3. Respectu egressus. Semen in terram projectum non interit: Nec nos interibimus, sed tandem resurgentemus, 1. Cor. 15.

8. Per manus Christi voluntas Dei prosperè effecta est. Pugnavit quidem diabolus, mundus Christo adversatus est: Verum calcaneum tantum lacerare potuerunt, ipse vero Christus instar Simsonis Philistæos occidit, Judic. 13. Instar herorum istorum per medios Philistæos Spirituales fontem vita ob sidentes perrupit, nobisque aditum paravit latissimum, ut omnes &c: Job. 6, 39. 40.

9. Christus post passionem omnibus saturatus est bonis, ex vers. 11. Expetuit anxiè nostram salutem, hanc nunc consecutus est. Petiit glorificari eâ gloriâ, quam apud Patrem habuit, Johan. 17. in hanc per passionem ingressus est. Ne ergo & cum Christo pati, vestigiis ejus infestere, 1. Petr. 2, 21. tuamq; crucem tollere, Matth. 10, 38. detrectes. Sic enim, ubi simul cum Christo paclus fueris, cum eodem quondam regnabis, 2. Timoth. 2, 12. Certe namq;

ta namq; & secura expectatio promissio beatitudinis, ubi est participatio dominica passionis, Leo Magn. serm. 9. c. 1. de Quadrag.

10. *Cognitione Christi salvamur.* Loqui non de historicâ cognitione Esaiam, dictum in Analyti. Cognoscere enim hebraismo, per quem verba notitia significant effectum & conseq. effectum, est scire, amare, colere, adhærere, qui verò Christum non amat, sit avāḡia, μαρτ̄ιν ἀδαι. 1. Cor. 16, 22.

Si Christum discis satis est si cetera nescis,

Si Christum nescis nil est si cetera discis.

II. *Omnia Christo sunt tradita, ut omnia ex manu ejus accipiamus,* v. 12. Vide Eph 4 8 1. Cor. 12. Job. 1 & 14.

12. Nihil adeò validum, quod Christo repugnare posset. Fortes quidem sunt, mors & Spiritus infernales qualitate & quantitate seu multitudine, Jobi 41, 17. 18. 19. Luc. 11, 24. Attamen devicti sunt, & pedibus Christi subiecti. Non igitur mortem amplius velut leonem timeamus, sed tanquam pellem pedibus conculcemus, ut ait Bernhardus in Epist. ult.

13. *Christus patiens pro iis qui eum cruciant, orat.* Vide sis mihi hic, o anima devota, hujus tui meōr̄t̄s ē inēt̄s summam φιλανθρωπίαv. Expansus est manibus, & pedibus: caput spinis vulneratum: torsum flagellis percussum: genae alaphis commaculatae; nil restat præter linguam, & hanc tamen tibi impendit, & pro te orat. Nos homines in angustiis constituti, vel ex impatientiâ murmuramus, sicut Jobus c. 3, 2 Jeremias cap. 20, 9. vel divinam vindictam imploramus, sicut Eliseus 2. Reg. 2, 24. Elias 2. Reg. 1, 20. vel mala inferenti mala rependimus vel certè longas, & odiosas apud Deum querelas de nostra miseria instituimus:

mus: *Tuus verò hic Jesus non leviter læsus, sed toto corpore percussus, non sui sed nostri causâ, nihil tamen impatiens est, sed ut percussorem sanet, pro eo orat; ut crucifigentes salvet pro iis intercedit. O summam nostri salvatoris patientiam! Nihil reliquerant, quod non vulnerârunt exceptâ linguâ: Et hanc unicam tamen non sibi sed vulnerantibus prodesse cupit.* Vide sis omnino quæ piæ alia in hanc sententiam Cyprianus dicat, de duplicitate martyrum. fol. 596. b. §. 14.

Fac Domine Iesu, ut quoties mala patimur, cruce premimur iniquitate hominum divexamur, hac tua nobis patientia in memoriam redeat, sic certè Et mala virtute patientia tua bono vincemus Rom. 12. v. ult. Et tandem tecum vivemus.

QUÆSTIONES.

I. An hic Propheta de resurrectione an verò de passione agat? R.

I. Interpretum haud ignobiles posterius arripiunt, (Forer. Sanchez, Leo Castr. Junius Rivetus & alii) & ipsum ἡμέρα ignominiosam mortem significari putant. Verum textus coherentia alia demonstrant. Agit enim nunc de iis quæ Christi resurrectionem sequuntur, quando dicitur, quod nemo ejus generationem possit enarrare, quod visurus sic semen Et prolongatus dies suos, spolia amplissima sit distributurus, &c. quæ omnia referri ad statum exaltationis ex scripturæ analogia facile patet, vide Rom. 6. Epb. 4. Unde sic:

Quicunq; fructum resurrectionis describit, illum de resurrectione agere vero similimum est.

Sed Propheta describit hic fructum resurrectionis. E. 2. Ver-

2. Verbum נֶקֶד propriè, non de mali immissione, sed liberatione ex eo usurpari, probat Tarnov. ex Genes. 5, 24.
 2. Reg. 2,9,10. Ezech. 24,17. Jon. 4,3. quem vide. Et confirmat Kimchi qui hoc comma per מִכְלָזָה נִפְרוֹת liberat⁹ est de istis omnibus exponit. Nec obstat quod & Passionum fiat mentio, siquidem harum ut medii per quod Christo fuit introeundum in gloriam, commodissimè meminit.

II. An Christus seipsum resuscitaverit?

1. Dicitur in textu, quod Christus erexit⁹ sit è carcere, in conjugatione Pual, quæ verba notant passionem ab alio illatam, ut integer doctorum Hebræorū chorus testatur.
 2. Verùm, ut ambabus damus Christum à Patre esse resuscitatū, Rom. 4,23. Epb. 1,20. Act. 2,24. 32 c. 4 10,5,30. Col. 2,12. attamen eadem scriptura Christo vendicat resurgendi voluntatem, Joh. 2,19. potestatem Joh. 10,18. actualem semet-ipsum ζωντα seu vivum exhibendi virtutem & impletionem, Act. 1. Mattb. 26,6. ut taceamus opera Deitatis ad extra esse indivisa Christumq; δύναμιν seu virtutem Patris nominari. Cor. 1,24. Unde bene Cyrillus de Christo ait, lib. 1. in Es. cap. 9. Excavavit suum ipsius templum, cùm ipse sit potentia Patris. Si enim ipse est resurrectio & vita, quid tandem ad vivificationem desideraret vita? Et si aliorum corpora excitasse conspicitur sua etiam vi ac potentia, quidni ante aliorum corpora suum proprium resuscitaret?

3. Errant igitur Photiniani gravissimè, qui ex subordinatis faciunt opposita & cùm Pater dicatur Christum resuscitasse, filium seipsum exsuscitasse, perficta fronte negāt, quin ut absurdum, ridiculum, impossibile, & insignem errorem hoc traducunt, vid. Scmalc. de pers. Christ. conir. Franz Socium in disp. de unius Filii exist. Catech. Rakov. c. 11. de Offic. Christi, Ostrood. l. 2. contra Tradel. c. 10. qui ex dictis satis refutantur.

III. Annon sit blasphemia Christum dicere peccatorem, cùm absque omni dolo sit, & à peccato alienissimus?

1. Ita quidem videtur Cornelio à Lapide in comment. super c. 2. Epist. Petr. 1. Lorino in eandem. Bellarm. de justific. lib. 2. c. 7. § 7. col. 918. nec non Kolovrat & Janino in colloquio Pragensi, qui hoc Lutherò nimis exprobrârunt, quod scripsérunt Christum maximum peccatorem futurum tom. 5. lat. Jen. f. 348. anno 1524.

2. Verùm distinguimus cum B. Lutherò in comment. super Epist. ad Galat. (ex quo hæc habent Jesuitæ,) anno 1534. (non verò Anno 1524.) edito; inter personam Christi quoad se consideratam, & sic planè innocens est, nec unquam ullum peccatum fecit: & inter personam Christi respectivè consideratam, quatenus reverâ peccata nostra ipsi imputantur, & hac ratione cum omnium iniquitates in Christum sint coniectæ, maximus peccator non ob peccatum in hærens, sed imputatum dici potest.

3. Probo verò hoc:

Quicunq; potest dici ipsum peccatum & execratio, ille & peccator absq; blasphemia eodem sensu, quo dicitur peccatum & execratio, dici potest.

Sed Christus dicitur peccatum 2. Cor. 5. v. ult. nataq; Gal. 3, 10. Ergò &c.

4. Majoris consequentiam probo autoritate Chrysostomi. Sic enim ille in 2. Cor. 5. v. ult. Justum fecit Deus peccatorem, ut peccatores faceret justos. Imo neg. sic dixit sed quod multiò majus erat. Non enim habitum posuit sed qualitatem; nō dixit peccatorem sed peccatum, ut nos fieremus, non dixit justi, sed justitia, & justitia Dei. Dei enim est ista, quando non ex operibus

ribus sed à gratiâ fit justificatio. Et Maximil. Sandeus Jesuua
in *Maria Patrona* pag. 8. (Mogunt 1630. cum approbatione
superiorum edita) de abstractis sic ait: *Cùm n. quempiam*
adeò perfectum in genere aliquo re-um significare volumus, ut
*nihil addi posse videatur & reliquos omnes in eodem exag-ge-
ra-ta quadā ratione superare, non contenti nominibus que à Dia-
lect. concreta dicuntur, abstractis utimur, quasi tanta perfe-
ctionis sit, ut non formam rei partcipet, sed sit ipsa ille forma.*
Cur igitur Christum qui Peccatum ipsum dicitur nō pos-
semus sensu orthodoxo Peccatorem, quod minùs est di-
cere? Unde ipse *Estius in comm. super locum dictum, Chri-
stum aliquoties peccatorem nominat, & f. 591. Nostricau-
sa tractabat eum tanquam ipsum peccatum, ipsum scelus, id est,*
*tanquam hominem insigneriter sceleratum, ut in quo posuerit ini-
quitatem omnium nostrūm. Idq̄ more capri emissarij qui porta-
bat omnes iniquitates filiorum Israel, quas ejus capit̄ pontifex
fuerat imprecatus. Lev. 16. Hæc Jesuita.*

5. Ad minorem excipiunt, 1. quod Christus dicatur se-
mel peccatum, semel maledictum. 2. quod per tropum
hæc intelligenda sint, id est, hostia pro peccato. 3. Aliás
sequi Christum esse filium diaboli. Vide *Bellarml. d.*

6. Respond. 1. Id falsum quod semel tantum dicatur
peccatum, siquidem & in hoc loco dicitur δελιθος delictū,
quod plurimi κατὰ τὸ πνεῦ accipiunt. 2. Sit ita, & ea quæ
semel in scriptura dicuntur, fide eadem sunt accipienda,
qua reliqua, quicquid Photiniani, quorum & hæc est ob-
jectio, in alia licet causa, vid. *Smalc. de divinit. cap. 23.* ob-
ganoiant.

7. Ad 2. Non nego, quosdam sic explicare illud Corin.
verū I. oppositio aliud monstrat. Argumentor sic:

*Quā ratione nos in Christo vel per Christum efficiimur justi-
tia Dei, cā ratione & Christus fit peccatum.*

Sed efficitur justitia Dei imputative. Ergo &c. Et hoc argumentum ipsum Estium commovit, ut nostram approbarit sententiam, licet, quod probè novi, imputationis vocem mīrè detorqueat. 2. Consentunt patres Chrysostomus enim sic ait: Ιὸν γένεν ἡδικηκότα τὰς ἡδικηκότας κολαθῆναι εἴσασεν; ἀλλ' σύκειπε τῷ γένει. ἀλλ' ὁ πολλῶς μεῖζον δέ τοι τέθηκε πεπίου δὴ τῷ γένει; τὸν μὴ γνόντα αἱμαρτίαν Φησί, τὸν αὐτὸν, δικαιοσύνην ὃν τε αἱμαρτίαν ἐποίησε τῷ γένει. Δέ τοι ὡς αἱμαρτωλὸν κατεχεῖντας αἱφῆκεν ὡς ἀπικατέρατον διποθανεῖν ἀπικατέρατος γένος ὁ πρεματύρῳ διπήξυλος τῷ διποθανεῖν τὸ γένος διποθανεῖν πολλῶς μεῖζον ἦν.

8. Ad 3. respondeo, non is cui peccatum imputatur, diaboli filius dicendus est, sed qui peccatum facit, I. Joh. 3,8. ὁ ποιῶν τὴν αἱμαρτίαν καὶ τὸν αἵματόν τοι. vide & Joban. 8,44. Christus verò nullum unquam peccatum fecit; sed venit ut opera diaboli dissolveret. Lutherus scipsum loco allegato à falsâ accusatione liberat, quem adi, nos pergeamus ad 4. questionem.

IV. Annon Esaias sententiam Pontificiorum, nos justitiâ infusa coram Deo justificari confirmet, quando Christum justificare multos in scientia sui asserit? R.

I. Consistere justificationem nostram non in *inbasivâ* quadam qualitate, sed in *imputatione* contra adversarios facile probamus ex modo justificandi Abrahamicō & omnium fidelium. Sic enim argumentor:

Quomodo Abraham fuit justificatus, & ita quo omnium beatorum salus consistit, eodem modo & nos justificamur, & in illo nostra etiam salus consistit, Rom. 4,11.23. Gal. 3, 8.

At per imputationem Abraham fuit justificatus, & in imputatione salus beatorum consistit. Ergo &c. II. Mi.

II. Minor probatur Rom. 4.3.6. unde commentum Photinianorum, nullum ante Christum imputatione fuisse justificatum satis refellitur. Vide Smalc. contra D. Franz. disp. 4. thes. 15. Quid verò nobis imputetur, non omnium itidem una sententia. Conveniunt Papistæ, Plotini, Arminiani seu Remonstrantes fidem nobis imputari ad justitiam. Sic enim Pistorius in hodoget. p. 171. *fides non Christi justitia nobis imputatur ad justitiam.* Bellarm. lib. 1. de justific. c. 17. credenti in eum qui justificat impium reputatur *fides ejus ad justitiam, ubi ipsa fides censetur esse justitia ac per hoc non apprehendit fides justitiam Christi, sed ipsa fides in Christum est justitia.* Similia vide lib. 2. c. 9. Sic Pererius in c. 4. Roman. & in c. 15. Gen. *Quid est reputari ad justitiam? fuisse Abramum per illum actum credendi tanquam ex verâ & perfectâ justitiâ profectum Deo gratum.* Adi & Beccanum part. 2. theol. Schol. c. 2. §. 13. p. m. 340.

III. Socinus in Prælect. Theol. c. 15. *Fidei justificanti actionem tribuimus, quæ aliquaratione in causa est, ut nos Deus pro justis habeat, fidemq; nos justificare dicimus.* Idem de Servatore lib. 4. c. 4. *Fidem imputari ad justitiam nihil aliud est, quam nobis fidem justitiae loco duci, non autem Christi justitiam nobis imputari.* Smalc. dispur. 4. contra Franz. *Non innocentiam & justitiam Christi credentibus imputat Deus, sed fidem illorum imputat illis pro justitia.* Similia habet Socinus dial. de justif. p. 14. & 54. in notis in dialog. de justif. p. 27. Ita & Remonstrantes confes. c. 10. sect. 2. *Fides ipsa in justitiam imputari credenti dicitur, c. 18. sect. 3. immo ipsius etiam fidei ad justitiam, & pro justitia liberalis ac munifica imputatio.* Sic apolog. ad Censur. Profes. f. III. *Causa non est, quæ censores movere posset, cur hanc Remonstrant sententiam de fide seu fidei obedientia, quod uidelicet in negotio justificationis consideranda*

randa veniat, ut opus, sive ab illo noster censuerint Socinianam aut Sociniano Pontificiam, &c.

IV. Ex his satis patet in eo convenire adversarios, quod omnes negent, justitiam Christi, nobis imputari, quin id *figmentum*, Pistor. *in hodoget. putativum* Bellar. lib. 2. de justif. cap. 4. *inane figmentum*, Hagerus Jesuita: *inscitiam populararem*, Sandæus l. d. p. 18. adeò fædam & execrabilē sententiam, ut pestilentior error post homines natos non exiterit. Socin. de Servat. lib. 4. *Satanae imposturam* Smalc. contr. Franz. disp. 4. expressè nominent; sed actum fidei (cu' nō credere idq; sensu proprio non metonymicè, ut Ar nim. prefat. ad Hyppol. loquitur, nobis imputari dicant, sicq; ex fide opus faciunt, quod expressè Paulus gratiæ Dei oppositum in justificatione asserit, Rom. 4, 5.

V. Fuisse proinde istam justitiam imputatam justitiam Christi, sic probo:

1. *Præqua justitiâ Paulus omnia ut σύβαλα habuit, & quā babere coram Deo unicè contendit ea est illa justitia qua Abraham imputata est, & ex quā beatitudo oritur. Majorem hanc neminem negare posse certissimum puto, quum Paulus expressè alias ita concludat, neminem nisi eo modo quo Abraham justificatus fuerit, justificari. Vide Roman. 4. Galat. 3.*

Sed præjustitiâ Christi omnia ut σύβαλα habuit. Ergo &c. Minor est ex Phil. 3, 9. καὶ ἐυρεθὲν ἀντὶ μὴ ἔχων εἰκὸν δικαιούσιν τὴν ἡγεμονίαν, αλλὰ τὴν θελήσαντες χειροτελῶς ἐπιδικαιοῦντες τὴν πίστην. Uli inveniar in eo non habens justitiam meam, qua est ex lege, sed illam, qua per fidem est Christi, qua est ex Deo justitiam in fide.

2. *Quæ justitia nobis imputatur, ea est aut nostra, aut Christi, aut ex utraq; conflata.*

Non

Non nostra. Ratio 1. quia Paulus dixit, quod beatitudo in eo sit posita, ut peccata tegantur. Hinc ita:

Quicquid peccato contaminatum est, id in justitiam coram Deo nobis imputari nequit. 2. Sic Pauli ratio non subsisteret. Intendit enim & probat, quod non ex operibus justificemur. Justitia vero propria, quam fecimus, consistit in operibus, *Tit. 3, 5 Rom 10, 5 Gal. 3, 12.* Si ex utroque, tunc nos ex parte nos ipsos justificare possemus, quod contra Paulum. Ergo est aliena, & quidem Christi, alia enim non datur.

VI. Videbimus nunc qui ex hoc nostro loco probet Bellar. inherentem justitiam esse, qua formaliter justificamur coram Deo. Verbum esse in hiphil ait, & sic esse justum facere, nec posse ad significationem forensem trahi, 1. quia dicatur, *in scientia sua*, 2. quia dicatur *ipse iustus*, 3. *servus meus*. 4. *Iniquitates eorum portabit*.

VII. Verum respondemus paucis, verba in bipartite notatione translationem actionis facile damus, verum id sit vel effectivè vel permissivè, 1. Sam. 25, 22. 14, 36. Jos. 9, 15. Ps. 119, v. 31. ubi Junius permisit confundi: vel declarativè, Prov. 17, v. 15. 2. Sam. 15, 4. Jobi 10, 2. Gen. 30, 13. & alibi (alios verò modos nunc præterimus,) nec Jesuitæ id negare poterunt. Ipse enim Bellarm. lib. 1. de justif. cap. 1. quartam verbi justificandi facit declarativam, cum quo Beccanus in disput. de justificatione Catbol c. 1. tbesi. facit. פִּתְרָה verò ullibi significare justitiæ habitum infundere per quem justificemur δικαιούσις negamus, nec rationes Bellarmini, quod hic ita accipiendum, id probant, ut quivis facile animadvertisit, qui novit in foro non tantum judici sed & advocato suas esse partes, sicq; perpetuo Consequentiæ virtio Bellarmini discursus hic laborat, ut videbimus in confitu.

V. An-

V. Annon Esaias contradicat Johanni Aſſerenti Christum non orâſſe pro mundo?

Johan. 17,9. R.

1. Urgent posterius valdè acriter Calviniani, ut probent Christum non satisfecisse pro omnibus, quūm non orârit pro omnibus, *Piscat. in thes contra Schaff.* p. 190. *Keckerm. System. Theol. I. 3. c. 4.* *Perkinsius de Predestinat. modo ac ordine* p. 20. & *Scharpius in curs. theol.* p. m. 403. arg. 4. *Palatin. Theologi in actis synod. Dordrecht.* de Reprobat. pag. 5'2. *Embdenses ibid.* p. 660. *Bremenses ibid.* p. 649

2. Sed R. distinguendum inter officium sacerdotale & Propheticum. Istius respectu Christus pro omnibus orat, quia pro omnibus etiam mortuus est, ut probatum superius: *Hujus* verò pro solis ministris, quibus officium prædicandi commisit. De priori loquitur Esaias; de posteriori Johannes, quod patet ex v. 18. & imprimis v. 20. ubi expressè Christus quasi per ἵπανόρθωσιν quandam subjicit, quod non pro iis, pro quibus videlicet Apostolis hactenus orârit, oret tantum, sed & pro iis, qui credituri sint in eum. Et hanc solutionem omnino firmam puto. Alias habet *Waltberus* in harmoniâ suâ, quem vide.

Sicq; Deo nostro Patri, Filio & Spiritui Sancto
sit laus, honor & gloria seculis nunquam
terminandis, Amen.

F I N I S.